3 d
40

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8
15 — G
12
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS

MYROTHECIVM

id eſt.

Conclaue deuotarum Precum ac Meditationũ ſuper Euangelijs totius anni

AVCTORE.

R.P. Franciſco Coſtero Societatis Ieſu Theologo

Belgico idiomate editum.

INTERPRETE V.P. Theodoro Petreio Carthuſ. Colon. alumno.

Permiſſu Superiorum. et Priuilegio Cæſareo.

IVSTITIA ET ÆQVITATE

Moguntiæ. Sumptib. Henrici Dulcken Bibliop. Friburgens. A. CIↃ IↃCXXI

Coll. Rom.i Soc. Jesu. cat. inscr.
B. 5.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVEREN-
DISSIMO ET AM-
PLISSIMO IN CHRIS-
TO PATRI, AC DOMI-
NO, DOMINO MARTINO,
Famoſiſſimi Monaſterij ad S. BLA-
SIVM in Hercynia Sylua ABBATI
quaſi ter decennali optimo, Eme-
ritiſſimo: Domino & Patrono
ſuo Clementi & Obſer-
vandiſſimo.

CAVSAM, *opinor, Re-
uerendiſsime Præſul,
Domine obſeruandiſ-
ſime, ſuſceptæ dedica-*

tionis ſuper hoc faſciculo ſelectiſsimarum precum longiùs non inquires. Familiare hoc, imò ſemper quaſi neceſſarium fuit omnibus iis, qui de communi bono Chriſtianorum benè mereri voluerunt, vt ſub alicuius eminentioris viri alis contra maleuolis innatam mordendi procacitatem tutò ſcriptum curarent, quicquid ſcripſiſſent. Id tantùm mirabere, quòd induſtriam alienam velut propriam ſub tua tutela auſim afferre, ac Amplitudini tuæ, in quam nulla mea merita hactenùs exſtiterunt, non erubeſcam offerre, dicam an obtrudere? Verùm de primo fateor: ita tamen, vt propterea incuſari nolim; quòd ita intelligi volo.

Eſt

Eſt mihi Patronus quidam in Carthuſia Colonienſi Theodorus Petreius, vir in vertendis libris, præſertim verò Idiomatis Belgici nullibi non celebris. Is ſuperiori anno præſens Myrothecium primùm Belgicè à viro incomparabili, & non ſine Sanctitatis opinione nuper in meliorem vitam translato R. P. Franciſco Coſtero, è Societate Ieſu collectum, iam verò à ſe Latinitate donatum augendæ negotiationi meæ librariæ pro munere miſit. Inde igitur abſolutam dedicandi licentiam nactus, ſub Reuerendiſſim. Paternitatis tuæ defenſione typis euulgatum cupio, quicquid odoriferi hic precum Theſaurus ac E-

uangelicales meditationes Bonorum auribus inſpirare debent, imò inſpirabunt. Patrocinium verò hoc etſi nulla, vt dixi, mea obſequia Reuerendiſsimæ Paternitati tuæ exhibita mihi velut debitum adiudicent: Libelli tamen materia tam digna & præſtans eſt à dignitate & præſtantia Authoris, vt ea ex parte illud mihi negari non poſſe videam. Sis itáque, Reuerendiſsime Præſul, Patronus Myrothecij, Patronus meus. Illius vt ſis, rationem dedi: meus, ſit ex eadem. Vt tamen mea ſtudia Te mihi Clementiorem acquirant, nullo non tempore laborabo. Ex Friburgo in Briſ-

goia

goia, die Sancto Blaſio Sacro, Anno ſupra Milleſimum Sexcenteſimo vigeſimo primo.

Reuerendiſſimæ & Ampliſſimæ Patern. Veſtræ
Cliens.

HENRICVS DVLCKEN
Ciuis & Biblipola
Friburgenſis.

APPROBATIO.

MYROTHECIVM hoc Seleĉtiſſimarum Precum, primùm Belgicè ſcriptum per R. P. Franciſcum Coſterum è Societate Ieſu, iam verò in Latinū idioma conuerſum à R. P. Theodoro Petreio Carthuſiæ Colonienſis Alumno dignum Iudico, vt typis excuſum omnes veræ Fidei Chriſtiani crebrò manibus contrectent.

Ita cenſet

HENRICVS FRANCKEN SIERSTORPFIVS, SS. Theologiæ D. Regens Gymn. Laurent. Librorum Cenſor.

MY-

MYROTHECIVM SELECTISSIMARVM PRECVM.

BREVES PRECATIVNCVLÆ, DILVCVLO FREquentandæ.

MANE CVM EXPERGEFACTVS, E LECTO PROſilire cupis, dicito.

IN nomine Patris ✠. & Filij ✠, & Spiritus ſancti ✠. Amen.

ORATIO.

O Domine IESV Chriſte, qui primo diluculo è ſepulchro glo-

 rioſo

rioſo cum corpore reſurrexiſti, obſecro te vt auxilio mihi ſis, quo poſſim ex lectuli huius ſepulchro conſurgens, in diuino tuo ſeruitio eſſe alacrior, idque tum ad animæ meæ ſalutem, tum ad proximorum meorum ſeruitutem & obſequium.

ORATIO AD DEVM, PRIVSquam Domo egrediaris.

O Omnipotens ſempiterne Deus, gratias tibi ago per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod hac nocte mihi parcens, ad principium huius diei venire feciſti: rogo te, velis etiam me toto hoc die ab omnibus tam viſibilibus quam inuiſibilibus hoſtium inſidiis protegere, ne in vllum incidam peccatum, ſed potius omnia mea opera, verba ac cogitationes ad diuini nominis tui honorem ſolummodo dirigam, idque tum vt maiora indies virtutum incrementa percipiam, tum vt proximo

ximo meo efficacius ſubueniam. Guberna igitur ac ſanctifica animã meam ac corpus, omneſq; vtriuſq; hominis vires, vt nihil aliud quam de lege mandatorum tuorum cogitem, laudes tuas deprędicem, ac voluntati tuæ in omnibus obſequentem me exhibeam. *Pater noſter.*

AD BEATISSIMAM VIRginem Mariam.

O Sanctiſſima Virgo Maria, ac caſtiſſima Dei gratia, quæ prima conſurgentis diei aurora à filio tuo, cùm rediuiuus è momento conſurgeret, viſitata ac ſalutata es; gratias tibi ago, quod me hac nocte immunem tuo interuentu conſeruaſti, teque oro, vt me quoque hodierna die viſites, ac tua ope ſubleues: promouendo actiones meas ac preces. Qui ſi quid boni præſtitero, per ſacratiſſima tua merita illud ab omni inquinamento emunda, tuoq; di-

Digitized by Google

lectiſſimo filio præſenta. Quidquid enim egero, id totum ad nominis tui laudem, diuino numini dedicatum cupio. *Pater noſter.*

AD BONVM TVVM ANgelum.

O Angele ſancte, qui vnus es ex cœleſtis aulæ Principibus, cui me Deus veluti Magiſtro ac itineris ſocio commendatum voluit, gratias tibi ago, quod me huc vſq;, & maxime hac nocte ab omnibus diabolicæ prauitatis inſidijs tutatus ſis; rogo te vt etiam hoc die fideliter mihi adſiſtens, dæmonē à me profligare velis eiuſq; peruerſam voluntatē coercere: ſuggerendo mihi cōtra quaſuis noxias tentationes cœleſtes inſpirationes, vt & quæ ſalutaria ſunt exequi valeam, & quæ nociua deteſtari. *Pater noſter.*

DOMO IAM PEDEM EFFERENS.

Vias tuas, Domine, demonſtra mihi,

mihi, & ſemitas tuas edoce me, dirige me in veritate tua, perfice me in ſemitis mandatorum tuorum, ne moueantur veſtigia mea, ſed potius vt cuſtodias introitum meum, & exitum meum.

ECCLESIAM INGRESSVRVS.

INtroibo in domum tuam, Domine, in holocauſtis, & offeram tibi vota mea quę diſtinxerũt labia mea. Vnde exclude queſo à me tentationes omnes ac peregrinas cogitationes, vt ſine vlla animi diſtractione, corde præſenti orem & adorem te; audiēs quid, tu ô Deus meus, in me locutus ſis, ac gratiarum tuarum fluenta largiter percipiens.

ASPERGENDO TE AQVA luſtrali.

ASperges me, Domine, hyſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor:

Deinde dic.

Huius aquæ tactus, depellat dæmonis actus.

SACERDOTE AD ALTARE *accedente.*

O Omnipotens ſempiterne Deus, iam nunc intẽdo ſacroſanctum hoc ſacrificium vna cum Sacerdote ad nominis tui honorem offerre, ac publice conteſtari, te ſolum eſſe Deum, cui oblationis huius hoſtia debetur. Quam etiam pariter offero in agnitionem ſupremæ ac perfectæ dominationis ſuper omnes creaturas: quam Dominus noſter IESVS Chriſtus ſacri cruoris ſui effuſione, ac nece acerbiſſima carè ſibi comparauit: quemadmodum in liturgico hoc ſacrificio per Sacerdotem nobis ante oculos ſtatuetur. Offero tibi præterea idem hoc ſacrificiũ in honorem ſacratiſſimæ Virginis MARIÆ, quæ nobis ſacratiſſimũ hoc corpus iuxta ac ſanguinem protulit

tulit ac donauit: nec non in honorem omnium ſanctorum tuorum, qui per merita ſanguinis huius ac necis ab omni malo ſunt liberati ac bonorum omnium donis cumulati. Vnde & ego quoq; diuinã Maieſtatem tuã oro quæſoq;, vt per ſacrificii huius virtutẽ, à quouis malo me liberes, ac bonis omnibus locupletes.

AD SALVTARIS HOSTIÆ eleuationem.

SAlue ô ſalutaris mundi hoſtia, æternum Patris cœleſtis Verbum, vera oblatio, viua caro, perfectiſſima Deitas, ſacrificium nouæ Legis, ac vita æterna. Te, vti Deũ meũ adoro, ac veluti vnicũ ſempiternumq; Seruatorẽ meum inuoco. O dulciſſime Domine IESV, qui in nouiſſima cœna tua mirabile hoc ac diuinũ veri corporis tui ſacramentũ, in recordationẽ ſacratiſſimę paſſionis tuę inſtituiſti, obſecro te vt miſertus mei,

eam mihi gratiam opemq; tuam cõferas, vt amariſſimæ paſſionis tuæ fructus, nunquam in me perditus aut fruſtraneus reperiatur.

AD SACRI CALICIS ELEuationem.

SAlue nobiliſſime ſanguis de latere Domini noſtri IESV Chriſti profluens, ablue, ſanctifica, & cuſtodi animam meam in vitam æternam, Amen.

O Domine IESV Chriſte, qui in vltima tua cœna, ſanctiſſimum veriſſimi ſanguinis tui ſacramentum, in perpetuam ſanguinis tui pro humano genere effuſi commemorationem inſtituiſti, obſecro te miſerere mei, ſimulq; effice, ne hic ſacratiſſimus tuus ſanguis vllo vnquã tempore fruſtra pro me effuſus reperiatur, ſed vt potius ex diabolica me ſeruitute eripiat, atq; ad vitam æternam perducat. Amen.

Digitized by Google

POST ELEVATIONEM.

O beata Trinitas, atq; indiuiſa vnitas, rogo te, vt ſacrã hanc oblationem libens acceptes, verũ nimirum ac purum viui corporis ac ſanguinis Domini noſtri IESV ſacrificium: quod per manus Sacerdotis pro me miſero peccatore tibi offero: qui me mortaliũ omnium miſerrimũ nefandiſſimumq; peccatorem haud inuitus agnoſco. Suſcipito illud ꝓ innumeris delictorũ meorum flagitijs, quibuſcum diuinam tuam maieſtatem in præſens vſq; tempus qua dictis, qua factis, imo & cogitationibus, offendi: vt & præteritas mihi noxas clemens indulgeas, atq; ab imminentibus immunem cuſtodias. Offero tibi porro illud pro animi iuxta ac corporis mei ſoſpitate, necnon & in gratiarum actionem pro omnibus ac ſingulis tuis in me, quibus etiamnum fruor, beneficiis collatis. O Domine, quid re-

Digitized by Google

tribuam tibi, pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Offeram tibi pro his ſacratiſſimum hoc tuum corpus & pretioſiſſimi ſanguinis calicem, ac nomen tuũ inuocabo, teq; laudabo pariter atq; orabo, vt ab hoſtiũ meorum inſidiis protegar ac eripiar.

QVIN & pro totius Eccleſiæ tuæ ſanctæ conſeruatione idem hoc ſacrificium tibi offero, vt eam in vnitate cuſtodias, atque ab hoſtibus ſuis omnibus tutam conſerues. Nec nõ & pro magiſtratu noſtro tam Eccleſiaſtico, quam politico, quatenus ſubditos ſibi concreditos tam vitæ probitate, quam ſalutaris doctrinæ inſtructione, ad regiam ſalutis viam perducant. Similiter etiam pro parentibus ac cognatis, fratribus ac ſororibus, amicis ac propinquis, vt in animo pariter ac corpore bene proſperentur: pro peccatoribus itẽ omnibus, vt ad meliorem vitæ frugẽ ſe recipiãt: pro afflictis ac ærumno-

ſis, vt

conſolatione potiantur: pro cunctis denique Chriſti fidelibus, vt in ſacroſanctæ Eccleſiæ tuæ gremio iugiter permanentes, ſacrificii huius meritum perſentiſcant.

Offero quoq; tibi illud pro parentibus ac cognatis, vita iã functis, pro animabus itidem omniũ Chriſti fideliũ: quatenus eas p merita ſacratiſſimi corporis huius, quod in ara crucis pro iis mortem ſubiit, nec non precioſi ſanguinis qui in paſſione Chriſti abunde pro iiſdem eſt effuſus, ab omni ſcelerum inquinamento emundes, ab omni cruciatu liberes, & tandem æterna quiete, in cœleſti tua luce, cum ſanctis omnibus dones.

AD AGNVS DEI, PRO SPIritali communione.

O Domine Iesv Chriſte, qui naturã noſtram humanam, noſtrę ſalutis cauſſa ſuſcepiſti, qua cum ab omni nos peccato redimeres, ac ſe-

Digitized by Google

cundũ animam corpuſq́; reficeres (ad hoc ſiquidẽ mortem oppetiiſti, nobiſq́; corpus tuũ in hoc Sacramẽto reliquiſti) credo firmiſſime, te realiter hic præſentẽ eſſe atque à nobis ſuſcipi velle, quatenus nos tecum vnias, virtutumq́; tuarũ participes efficias. Non ſum quidẽ hoc tempore dignus, vel idoneus, vt in hoc te ſacramento ſuſcipiã; ideoq; te rogo, vt per os Sacerdotis in animã meam venias, meque iſtius eiuſdem gratiæ participem efficias, quàm in ſacramenti huius ſuſceptione perciperẽ. Hoc ſiquidẽ modo venio ad te, vti infirmus ad medicum, immundus ad miſericordię fontem, cęcus ad lumen claritatis æternæ, pauperculus deniq; mẽdicus ad cœli terræq; Dominum; obſecrans te vt ægritudines meas ſanes, ſordes emũdes, cæcitatẽ illumines, paupertatem dites, nuditatem veſtias: quatenus panẽ angelorum, Regem Regum, ac Dominum

num dominantium, tanta cum humilitate ac reuerentia, tanta deuotione ac contritione, tanta fide ac puritate, tanta denique cum intentione ac propoſito ſuſcipere valeã, ſicuti animæ meæ ſaluti quam conuenientiſſimum erit. Dignare itaq; Domine, ſacramenti huius vtilitatem ac efficacitatem propitius mihi largiri, vt ſacratiſſimo tuo corpori vniar, atque inter membra tua reputari merear: Attraham pariter mihi & velut incorporem omnes virtutum tuarum conditiones: quẽadmodum corpora noſtra ſibi eas alimẽtorum qualitates, quibus nutriuntur adſumunt, vtpote per quæ pro cuiuslibet virtute humectantur aut exiccantur. Eum itaq; in modũ per auguſtiſſimum hoc Sacramentum humilem me, manſuetum, obedientem, prudentem, diſcretum, ſobrium, caſtum, benignum, in bono perſeuerantem, atque in amore

tuo feruentem efficito. Vitam proinde meam in melius commutato, largiendo mihi cogitationes ſalutares, ſermones ſapientes, actus deniq; exemplares: vt quilibet in me te intueatur, egoque te ſemper in me circumferam ac cuſtodiam.

Poſt Miſſæ Sacrificium.

O Beatiſſima Trinitas, ex animo gratias tibi ago, quod me dignũ reputaueris, qui tanto huic ſacrificio intereſſem, illudq́; per manus Presbyteri, diuinæ tuæ maieſtati offerrem. Rogo te, dignare illud pro me, ac pro cæteris omnibus tam viuis, quam defunctis, pro quibus te interpellaui, ſuſcipere: & quidquid minus hîc digne à me præſtitum, clementer ignoſce: quidquid laude dignum actum eſt, benigna accipe.

Pſalmus XXII.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcua ibi me collocauit. Super

aquam

Digitized by Google

aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus eſt? Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ: & vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

BRE-

Digitized by Google

BREVES ALIQVOT PRE-catiunculæ in memoriam Paſſionis Dominicæ.

Ad viginti quatuor horas per diem ac noctem: incipientes ab hora ſexta veſpertina, quando Chriſtus ſuos auſpicatus eſt cruciatus.

HORA SEXTA VESPERTINA, *qua prima diei apud Iudæos hora incipiebat.*

Precatiunculæ breues ad ſingulas diei noctiſque horas, incipiẽdo ab hora ſexta veſpertina.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora vltimam cum Diſcipulis tuis cœnam ſumpſiſti, agnum paſchalem comediſti, pedes eorum abluiſti, tandemq; etiam auguſtiſſimum corporis ac ſanguinis tui ſacramentum iiſdem in memoriam mortis & paſſionis tuæ tradidiſti; obſecro te, paſce animã meam ſer-
6. monum ac ſacramentorum alimẽ-
to,

to, ſimulque corpori de quotidiano pane proſpice.

HORA SEPTIMA, QVAE APVD Iudaos ſecunda.

O Domine Ieſu Chriſte, qui vltimum hac hora ſermonem ad Diſcipulos habens, ad charitatem eos incitaſti, ſanctamque tuo Patri Eccleſiam commendaſti; obſecro te; intellectum meum illumina; vt ſacratiſſimam tuam paſſionem deuota mente recolam: voluntatem vero meam, vt in amorem tuum totus inflammer, immuta. 7.

HORA OCTAVA, IVDAEIS tertia.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora in horto Patrem tuum cœleſtem orans, præ anguſtia nimia ex omnibus tuis membris largum aquæ ac ſanguinis ſudorem ſudaſti; obſecro te, in omnibus afflictionibus 8.

Digitized by Google

bus ac ærumnis meis ſubſidio mihi eſto.

HORA NONA, IVDAEIS *quarta.*

9. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora à Iudæis ac gentilibus in horto apprehenſus es, ac diris vinculis conſtrictus: obſecro te, diſſolue omnia peccatorum meorum vincula, & à prauis vitioſarum affectionum nexibus libera.

HORA DECIMA, IVDAEIS *quinta.*

10. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora ex horto ad Annam perductus, ab eodem mox ad Caiphã, Summum Sacerdotem, vt impio Iudæorum concilio præſentarêre, crudeliter es raptatus; obſecro te per difficiles haſce vias, viam mandatorum tuorũ mihi alleuia, quatenus

tenus inuiolabiliter ea obſeruem omnibus diebus vitæ meæ.

HORA VNDECIMA, IVDAEIS *ſexta.*

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora in domo Caiphæ, ab impio quodam eius famulo crudeli alapa percuſſus, ad delicti ſui pœnitentiam eundem es cohortatus: obſecro te, largire mihi tolerandarum iniuriarum patientiam, quatenus vincens in bono malum, bene de inimicis meis merear. 11.

HORA DVODECIMA, IVDAEIS *ſeptima.*

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora falſis circumuentus in Iudæorum concilio accuſationibus ac calumniis, ne verbulum quidem reſpondiſti, ſed cor tuum cum taciturnitate ad cœlum eleuaſti; obſecro te, largire mihi gratiam hanc, vt ini- 12.

Digitized by Google

iniquas mundanorum hominum oblocutiones tuo exemplo patienter feram.

HORA RRIMA, IVDAEIS octaua.

Hora prima noctis.

1. O Domine Ieſu Chriſte, qui magnopere triſtabaris, quãdo dilectus tuus Diſcipulus Petrus terna te vice negare cœpit; obſecro te, immunem me à prauorum conſortio conſerua: ne per hæreſim aut infidelitatem illam tibi renunciem, neve per mortiferum aliquod delictum miſſum te faciam.

HORA SECVNDA, IVDAEIS nona.

2. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora communi Iudæorum decreto morti es adiudicatus; obſecro te, noli me perpetuæ morti adiudicare.

HORA

Digitized by Google

HORA TERTIA, IVDAEIS decima.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora ab impiis Iudęorum miniſtris cæſus, illuſus, conſputus, velatus, aliiſque innumeris iniuriis ac ignominiis es affectus; obſecro te, ne auertas faciem tuam à me. 3.

HORA QVARTA, IVDAEIS vndecima.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora denuo in pleno ac celebri Iudęorum conſeſſu examinatus, atque iterata vice mortis reus proclamatus es; obſecro te, largire mihi gratiam hanc, quatenus tanta cum diſcretione ſermones meos inſtituam, vt nec te nec homines offendam. 4.

HORA QVINTA, IVDAEIS vndecima.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora 5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

hora ex domo Caiphæ ligatus, ac miſerandum in modum deformatus, ad Pilatum Iudicem, vt ab eo virgis cęſus, ſpinis coronatus in crucem agereris, es eductus; obſecro te, ne me in manus inimicorũ meorum incidere permittas.

HORA SEXTA, IVDAEIS prima diei.

6. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora corã Pilato multis in rebus grauiter à Iudæis accuſatus es; obſecro te, vt per meritorum tuorum ſuffragia, apud Patrem tuum cœleſtem excuſatum me habeas.

HORA SEPTIMA, IVDAEIS ſecunda diei.

7. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora in domo Herodis ab eo examinatus, atque à Iudæis accuſatus, tandem ab illo, & ſatellitibus eius ludibrio es habitus, veſteque can-

Digitized by Google

candida indutus, ad Pilatum itentidem reductus; obſecro te, largire mihi donũ illud, quo poſſim quoſuis mundi honores ac improperia æquanimiter contemnere, ac flocci facere.

HORA OCTAVA, IVDAEIS tertia.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac 8.
hora à Iudæis, Barrabæ loco, ad crucis ſupplicium poſtulatus es; obſecro te, largire mihi gratiam hanc, vt pro mortalium facinoroſiſſimo, à mundo reputari geſtiam.

HORA NONA, IVDAEIS quarta.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac 9.
hora pro me acerbiſſime flagellatus es; obſecro te, velis ſacratiſſimo ſanguine tuo animam meã ab omni peccatorum næuo emundare,

date; atque abs defectu quolibet perſanare.

HORA DECIMA, IVDAEIS *quinta.*

10. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora pro me purpurea es veſte amictus, ſpinis coronatus, arundine percuſſus, aliiſq; infinitis modis deriſus ac illuſus; obſecro te, eripe mihi remordentis conſcientiæ meæ ſtimulos, & gratiam ſuffice, omnia pro te æquanimiter tolerandi. Haud etenim conuenit, vt ſub coronato capite, delicata conquieſcant membra.

HORA VNDECIMA, IVDAEIS *ſexta.*

11. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora poſt prolatã iniquæ mortis ſententiam, grauiſſimam crucis molem, ad Caluariæ montem mea potiſſimum de cauſſa baiulaſti; obſecro

Digitized by Google

ſecro te, adime mihi graue flagitiorum meorum iugum, illudque cruci tuæ appendito.

HORA DVODECIMA, IVDAEIS ſeptima.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora crucis patibulo diris es clauis adfixus, atque in altum eleuatus; obſecro te, vt diuini tui amoris clauis firmiter me tibi adfigas. 12.

HORA PRIMA, IVDAEIS octaua.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora pro iis qui te in crucem egerunt oraſti, ac reſipiſcenti latroni paradiſi ingreſſum promiſiſti; obſecro te, vt & mihi in hora mortis dicas; *hodie mecum eris in paradiſo.* Hora prima pomeridiana.

HORA SECVNDA, IVDAEIS nona.

O Domine Ieſu Chriſte, qui hac 2.

Digitized by Google

hora amantiſſimã genitricem tuã, dilectiſſimo diſcipulo tuo Ioanni commẽdaſti; obſecro te, vt me quoque parenti tuæ commendes, mihique gratiam largiaris eandem præ creaturis omnibus diligendi.

HORA TERTIA, IVDAEIS decima.

3. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora ſpiritum tuum in manus Patris tui commendaſti, mundoq; valefeciſti; obſecro te, vt mundo penitus mortuus, DEI ſolummodo manibus viuam, atque in iis ſuauiter conquieſcam.

HORA QVARTA, IVDAEIS vndecima.

4. O Domine Ieſu Chriſte, qui hac hora diræ lanceæ mucrone latus ſuum aperiri, & ſanguinem iuxta ac aquam effluere inde permiſiſti, obſecro te, conſerua ſponſam tuam Eccle-

Eccleſiam, ex hoc vulnere, per ſacri baptiſmatis lauacrũ, quod in aqua confertur, ac virtutem ſuam ex ſanguine tuo mutuatur, promanantem.

PRECATIVNCVLÆ ALIquot breuiores de octo DEI beneficiis, ſecundum Horarum canonicarum decurſum.

TEMPORE MATVTINARVM, *quando* Chriſtus *media nocte natus.*

O Domine Ieſu Chriſte, omnipotens Deus, qui maieſtate cœlum pariter ac terram adimples; gratias tibi ago, quod pro me humanam induens naturam, intempeſtæ noctis ſilentio ex illibatæ virginis vtero in ſtabulo prognatus ſis, panniſque inuolutus, ac iumentorum præſepio im- Ad matutinas.

impoſitus. Obſecro te, ingredere corporis mei ſtabulũ, ac cor meum idoneum effice præſepium, vt perpetuum in eo commorãdi ac quieſcendi domicilium inuenias.

AD LAVDES, SVB DIEI CRE-puſculum.

RESVRRECTIO DOMINI.

Ad Laudes.

O Domine Ieſu Chriſte. Domine inquam ac Deus noſter; gratias tibi ago, quod tertia poſt obitum die, animam tuam è limbo, corpus vero ex ſepulchri ergaſtulo, prima diei aurora reſuſcitaueris: accepturus nimirum cœli terræque poſſeſſionem, ac facultatem hîc quidem Eccleſiam tuam gubernandi, illic vero perpetuum habitationis locũ præparandi. Obſecro te, vt anima mea ex omni vitiorum ſuorum næuo nitida reſurgat, corpus a. nouam pariter vitam adſumat, ſicque tandem

dem

Digitized by Google

dem cum omnibus ſanctis glorioſa reſurrectione potiatur.

AD PRIMAM, ID EST, à SExta matutina, ad horam vſque nonam.

De Vicario Christi.

O Domine Ieſu Chriſte, Domine dominantium, ac ſupreme ouiũ tuarũ Paſtor; gratias tibi ago, quod prima luce Diſcipulis tuis rediuiuus apparens, ex eorum cœtu vnum tibi in Vicarium tuum delegeris: cõferendo ei plenam gubernandæ Eccleſiæ facultatem, ſimulque iugem præſentiam tuam eidem promittendo: quatenus in orthodoxæ fidei ſoliditate perpetuo conſiſtens, erroribus omnibus viriliter reſiſtat, atque inſigni ordinationum ritu, ad cœlum viam præſtruat; obſecro te, ne me vnquam in errorem prolabi ſinas, ſed in Eccleſiæ tuæ gremio immunem ſemper conſerues: vbi Ad Primam.

obedientiæ præſidio munitus, diuinæ tuæ iuſſioni in omnibus obſequentem me exhibeam.

AD TERTIAM, à NONA videlicet ad duodecimam.

MISSIO S. SPIRITVS.

Ad Tertiam. O Domine Ieſu Chriſte, hominũ creator, ac bonorum omnium donorum largitor: gratias tibi ago, quod hora diei Tertia, ingenti cum ſonitu, qui Ieroſolymorum populum ad audienda à B. Petro, Eccleſię vertice ac primate, noua Euangelicæ legis præcepta, exciuit, Spiritũ ſanctum in corda Apoſtolorũ tuorum aliorumq; Chriſti fidelium miſiſti: obſecro te, repleas me hoc eodem Spiritu, qui ſeptenis me donis ſuis cumulet, quibuſcũ te agnoſcere, te deligere, tibiq; in omnem æternitatem ſeruire valeam.

AD

AD SEXTAM, ID EST *à duodecima, vſque ad tertiam pomeridianam.*

GENTIVM VOCATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, creaturarum tuarum omnium amator, qui omnes ſaluos vis fieri; gratias tibi ago, quod nos aberrantes Gentiles, in denſiſſimis idololatriæ tenebris tanto temporis ſpacio caligantes, hora diei Sexta, id eſt, circa meridiem, clementer aſpicere voluiſti. Illo ſiquidem tempore verſa ad occidentem facie in cruce pendulus fuiſti: coniiciens ad nos miſericordiæ tuæ oculos, quod Iudæi vultum tuum intueri dedignarentur. Quin & eâdem etiam hora Paulus gentiũ Doctor ad fidem eſt conuerſus; & Petrus Apoſtolorum Princeps de vocatione gentium certior effectus, atque ad Cornelium centurionem deſtinatus: obſecro te, ne noſtras AdSextã

haſce regiones deſeras, ſed potius ab omni hæreſum vitiorumq; nouo expurges: quatenus te hic vera cum fide agnoſcamus, & poſtmodum facie ad faciem clariſſime adſpiciamus.

AD NONAM, à TERTIA vſq; ad ſextam.

CHRISTI SATISFACTIO.

Ad Nonam. O Domine Ieſu Chriſte, Saluator mūdi, gratias tibi ago, quod hora diei Nona, tertia videlicet pomeridiana, mortem pro nobis obieris, eaque peccatorum noſtrorum lytrum perſolueris: eripiens dæmonibus omnes ſuas vires, eorumque Principem Luciferum ad tartara detrudens: nec non & ſanctos patres in limbo degentes, diuinitatis tuæ præſentia mirabiliter conſolans; obſecro te, vt in hora mortis meæ cacodæmonem viribus tuis ſanctis diuinam tuā faciem perpetuùm intueri ſinas. AD

AD VESPERAS, à SEXTA ad nonam.

VENERABILIS SACRAMENTI inſtitutio.

O Domine Ieſu Chriſte, qui cum ſis panis viuus, cupiens creaturas tuas omnes beneficiorum tuorum multitudine adimplere ac ſatiare; gratias tibi ago, quod ſub veſperam in nouiſſima tua cœna, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium inſtitueris, quod quotidie in ſancta Eccleſia tam pro viuis quam defunctis, in memoriam ſacratiſſimæ paſſionis tuæ Patri tuo cœleſti offerretur: tranſubſtantiando ibidem panem ac vinum, in corpus ac ſanguinem tuum, in cibum ac potum eorum qui te eſuriunt ac ſitiunt; obſecro te, fac me participem omnium diuinorum, quæ per orbem fiunt, ſacrificiorum: largire etiam mihi feruidum te frequenter in hoc ſa- Ad Veſperas.

cramento ſuſcipiendi deſiderium, participem me faciendo fructuum eorum, quos ſingulariter reſeruas omnibus te in eo deuote ſuſcipientibus.

AD COMPLETORIVM,
à nona ad noctis vſq; medium.

PECCATORVM CONDONATIO.

Ad Completoriũ

O Domine Ieſu Chriſte, Peccatorum amator, qui ad ſaluandos iniuſtos è cœlo deſcendiſti; gratias tibi ago, quod ſub vesperã Paſchalis diei ſero ad diſcipulos, clauſis omnino foribus, ingreſſus, ſpiritum tuum ſanctum eiſdem inflaſti, largiendo eis ſimul poteſtatem dimittendi hominibus quæuis peccatorũ genera; obſecro te, largire mihi ſinceram animi contritionem, ac verã peccatorum meorum confeſſioné; vt coram Sacerdote libens ea omnia depromam, atque in aliqualem eorundem ſatisfactionem, pœnitentię opera

opera volens ſuſcipiam: ſicque puro corde ac corpore ita in hoc mundo te honorem, ſuſcipiam, obſeruē, quatenus poſt obitū ſine illius maculæ contagio, ad perpetuam diuinitatis tuæ contemplationem admitti merear.

ORATIO B. BERNHARDI ad Ieſum Crucifixum.

DIligam te oportet Domine Ieſu, ex toto corde meo, ex tota anima mea, & ex totis virib⁹ meis. Quin & veſtigia ſequi tua oportet, qui pro me dignatus es mori. Et quomodo illud in me, niſi p te efficietur? Vt nimirū anima mea tibi adglutinetur, cuius omnis ex te virtus dependet.

Et nunc te Domine Redemptor meus, pro vero Deo adorās in te cōfido, in te ſpero, ac votis ſuſpiriiſque omnib⁹ ad te anhelo, opitulare quęſo imperfectioni meæ. Inclino me penitus ad glorioſa paſſionis tuæ arma, per quæ meā operatus es ſalutē.

O Chriſte in nomine tuo adoro regium glorioſiſſimæ crucis tuæ trophæum, nec non & regiam tuam coronam, cruentoſq; clauos, nec non & lanceã, quæ latus terebrauit tuũ, imo ſanguinem tuum, mortẽ tuam, ſepulturam tuam ô Chriſte Ieſu demiſſe veneror, amplector, glorifico.

Per hæc me à diabolicis conſerua inſidiis, meq; corrobora: quatenus tuorum iugum mandatorum mihi dulceſcat, ac crucis onus quod poſt te portare me iubes, animæ meæ humeris leue efficiatur.

Insuper & manus pedeſq; meos tuæ adfige cruci, ac me ſeruum tuũ, tuæ, ô Domine, paſſioni, viuificæque morti conformem penitus effice: operando in me, vt ſecundum carnẽ mortuus, iuſtitiæ ſpiritu viuã.

O anima mea benedic Devm creatorem tuum, eiuſq; nomen in omnem æternitatem magnifica ac glorifica.

PER-

PERBREVES ALIQVOT Oratiunculæ ſuper XV. myſteriis roſarij: quorum primũ eſt de quinque Beatiſſ. Virginis MARIÆ gaudiis.

1. SAncta virgo ac mater Dei, offero tibi orationem ac ſalutationem hanc, in honorẽ ſummi iſtius tui gaudii, quo tunc perfuſa cumulataq; es, quando Gabriel Archangelus Chriſti incarnationem tibi annunciauit. Intercede pro me, vt ſalutares boni mei Angeli inſpirationes ſemper obſeruem. *Semel Pater, ac decies Aue.* Roſariũ gaudioſum.

2. In honorem gaudii tui, quando Eliſabetham cognatam tuam viſitaſti. Oro te, viſita me vnà cum tota familia noſtra, neque vnquam nos deſeras. *Semel Pater, ac decies Aue.*

3. In honorem gaudii natiuita-

tis filii tui, Domini noſtri Iesv Chriſti. Precare eum, vt in cor meũ veniens, illud ſalutari ſua præſentia exhilaret. *Semel Pater, ac decies Aue.*

4. In honorem gaudii, quando dilectiſſimum tuum filium, Patri ſuo cœleſti in templo præſentaſti. Oro te, vt & me eidem quoq; præſentem ſiſtas, meque illi gratioſum efficias. *Semel Pater, ac decies Aue.*

5. In honorem gaudii, quando filium tuum triduo perditum, in templo in medio Doctorum conſidentem reperiſti. Ora pro me, mihique opitulare, vt nullo vnquam tempore eum perdam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

SECVNDVM ROSARIVM de quinque doloribus Beatiſs. Virginis MARIÆ.

Roſariũ doloroſum.

I. SAncta virgo ac mater Domini Maria, offero tibi precationem hanc

hanc & ſalutationem in honorem ingentis iſtius doloris, quem conceptiſti ex triſtitia filij tui, quando in horto aquam ac ſanguinem ſudare eſt coactus. Obſecro miſerere mei, in omnibus tribulationibus & anguſtiis meis. *Semel Pater, ac decies Aue.*

2. In honorem eximii iſtius doloris, quem concepiſti ex horrenda filij tui flagellatione: ora eũ, vt ſanguine ac meritis ſuis animam meam operiat atque exornet. *Semel Pater, ac decies Aue.*

3. In honorem doloris tui ratione ſpineæ coronæ, quæ dilectiſſimi filij tui caput vndequaque perforauit ac ſauciauit. Precare eum, vt eius loco, cœleſtis gloriæ coronam mihi largiatur. *Semel Pater, ac decies Aue.*

4. In honorem doloris tui, quando filium tuum vnice dilectum graué crucis molem baiulantem conſpexiſti. Ora eum, vt ſacratiſſima eius

eius crucem ac paſſionem in corde meo iugiter circumferam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

5. In honorem doloris tui, quando ſub cruce conſiſtens, filium ex ca pendentẽ, ac ſpiritum exhalantem vidiſti. Obſecro te, vt in hora mortis ad me veniens, animam meam ad te ſuſcipias, eamquẽ in manus dilectiſſimi filii tui commendes. *Semel Pater, ac decies Aue.*

TERTIVM ROSARIVM, de quinque myſteriis Glorioſis Beatiſſ. MARIÆ Virginis.

Roſariũ Glorioſum.

1. SAncta virgo, ac glorioſa Dei genetrix Maria, offero tibi orationem ac ſalutationem hanc, in honorem glorioſi tui gaudii, quod ex filii tui reſurrectione percepiſti, qui Paſchali die ante omnes viſitatum te veniens indicibili te gaudio per-

perfudit. Precare eum, vt ego pariter cum eo reſurgam, ac de cætero in omni virtutum genere me exerceam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

2. In honorem glorioſi tui gaudii, quando filium tuum amantiſſimum, veluti cœli terræque Dominum cœlos conſcendentem conſpexiſti. Ora, quæſo, eum vt cor meum ſurſum ad ſe pertrahat, ne quid rerum expetã mundanarum. *Semel Pater, ac decies Aue.*

3. In honorem glorioſi tui gaudii, quando in die Pentecoſtes cæteris cum Chriſti fidelibus (præ cæteris tamen) perfuſa diuini Spiritus præſentia fuiſti. Ora perdilectum tuum filium, vt Spiritum ſuum ſanctum in cor meum cœlitus demittat, qui me ſapientiæ iuxta ac charitatis ſuæ participem efficiat. *Semel Pater, ac decies* [A]*ue.*

4. In honorem glorioſi tui gaudii, quando ex hoc mundo in cœlum

lum ſublata, ingenti cum lætitia ad filium tuum contendiſti. Precare Deum, me idoneum vt efficiat, qui tecum eo peruenire valeam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

5. In honorem glorioſi tui gaudii, quãdo cœleſtis gloriæ coronam apud ſuperos promeruiſti. Obſecro te, digneris tum me, tum ſanctam etiam Eccleſiam, è cœlis, veluti cœli regina, clementer gubernare, defendere adiuuare. *Semel Pater, ac decies Aue.*

ALIVD ROSARIVM RAtione annorum LXIII. vitæ B. Virginis.

1. SAncta virgo Dei genetrix, offero tibi orationem ac ſalutationem hanc in honorem primi iſtius decennii, quãdo in ortum producta, enutrita, atq; in templo præſentata es. Obſecro te, eſto mihi ſub-

ſubſidio, quatenus totius vitæ meæ decurſum, ad diuini numinis gloriam duntaxat peragam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

2. In honorem alterius decennii, quando ætatis tuæ anno quinto decimo, Chriſtus Dei filius, in vtero tuo incarnari voluit, atque homo ex te naſci. Roga eum, vt totius iuuentutis meæ delicta propitius mihi condonet. *Semel Pater, ac decies Aue.*

3. In honorem tertii tui decennij, quando Chriſtus amantiſſimus tuus filius à te eſt enutritus, ac duodennis in templo inter Doctores, anno ætatis tuæ viceſimoſeptimo, repertus. Precare eum, vt in quouis virtutum genere me inſtruat. *Semel Pater, ac decies Aue.*

4 In honorem quarti tui decennii, quando Chriſtus filius tuus, habitationis ſuæ locum, ad annum vſque triceſimum apud te diligens, com-

commenſalis tuus extitit: docens te ſecundum animam perfectionem omnem, manuum vero ſuarum labore, ac fabrili arte corporis neceſſaria tibi procurans. Ora eum, vt neque in anima neque in corpore quidquam mihi rerum neceſſariarum deeſſe permittat. *Semel Pater, ac decies Aue.*

5. In honorem quinti tui decennii, quando dilectiſſimus tuus filius iam tricenarius, prædicationi ſe accingere, ac miraculorum gloria populum erudire ac conuertere cæpit: Dein vero annos natus tres ac triginta crucem ſubire, ac in eadem mori voluit, adeoq; & in monumēto collocari: è quo poſt diem tertium rediuiuus apparuit, ac tandem elapſis diebus quadraginta glorioſe in cœlum, anno videlicet ætatis tuę quadrageſimo octauo, aſcēdit. Precare eum pro obtinenda gratia, vt iuuentutem meam ei offeram, atq; ab eo

ab eo in omnibus tribulationibus meis conſolationem percipiam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

6. In honorem ſexti tui decennii, quando poſt glorioſum filij tui in cœlos conſcenſum, inter Chriſtianos conuerſata, qua verbis qua exemplis in fide ac virtutibus eos inſtruxiſti. Obſecro te, adeſto mihi, vt te iugiter in oculis ferens, quouis tempore ſalutarem tuam doctrinam, ac præſtantiſſimarum virtutum tuarum exempla obſeruare ac æmulari ſtudeam. *Semel Pater, ac decies Aue.*

7. In honorem nouiſſimi tui triennii, quando hinc ad ſuperos rapiebâre, annos iam nata ſexaginta tres, amicta poſt triduum glorioſi corporis ſtola. Precor te, eſto nunc mei in cœleſti tua gloria memor, atque in omni actione mea auxiliare mihi. *Semel Pater, ac decies Aue.*

8. In honorem glorioſæ iſtius

tuæ

tuæ coronæ, qua præ cæteris creaturis omnibus à ſanctiſſima Trinitate inſignita es, ſubiiciente tibi omne quodcunque DEVS non eſt. Rogo te, fac me dignum qui te orem, laudem, prædicem, tuumq́; honorem vbiuis locorum defendam ac propagem.

9. In honorem omnium virtutum ac beneficiorum tuorum, quæ poſt tuum in cœlos conſcenſum Eccleſiæ, adeoq́ue & ſingulis Chriſti fidelibus, demiſſe ac pie patrocinium tuum implorantibus, præſtitiſti, atque etiamnum in dies præſtas. Obſecro te, corrobora nos Catholicæ fidei conſtantia, ac contra hoſtium quorumcunque inſultus vires nobis ſuffice. *Credo in Deum, &c.*

* * *

ORA-

Digitized by Google

ORATIONES TERNÆ, in honorem trium virtutum, quibus B. Virgo Maria à ſanctiſſima Trinitate dotata eſt ac condecorata.

1. O *Sanctiſsima Virgo* Maria, *Patris famula cæleſtis, qui te, omnipotentiæ ſuæ præſidio, in quouis virtutum genere fortem, atque hoſtibus tuis formidabilem effecit : adeo vt quotquot opem tuam pie implorant, adiumento eis eſſe valeas neceſsitatis tempore : precor te, impetra mihi robuſtum animi in virtutibus propoſitum : nec non & diuinæ opis præſidium, quo tentationes omnes dæmonis carnis, ac mundi ſuperans, in virtutum ſtudio conſtanter perſeuerem.*

2. *O ſanctiſsima Virgo* Maria, *genetrix filii* Dei Iesv *Chriſti, qui ſumma Patris ſui cæleſtis ſapientia exiſtens, te fide, cognitione, ac guſtu rerum cæleſtium adimpleuit; prorſus vt his virtutum præſidiis ornata, apoſtolorum iuxta ac* Euangeliſtarum

liſtarum mag ſtra fueris, ac cum neochriſtianis exemplariter admodum conuerſata ſis: Obſecro te, impetra mihi ab amantiſſimo tuo filio cœleſtis ſapientiæ ſuæ donum; quatenus per cognition m Dei eum guſt m ac deſiderem: mundum vero, vt in quo Deum nō videam, aſperner: renuncians erroribus omnibus atq; in dictis factiſq; meis diſcretionem vbique ſequens.

3. O ſanctiſſima Virgo MARIA, ſingularis diuini Spiritus ſponſa qui te tanto tum Dei, tum homi um amore inflammauit; prorſus vt nulla penitus crea ura vel Deum maiori vnquam amore proſecuta, vel feruentiori erga genus humanum benefaciendi ſtudio incita a ſit: non ſolum enim Deum diligis, velut eius creatura, verum etiam tanquam genuina eius mater, vtpote cum penes te ſolam naturalis ille qui patri matriq; communis eſſe ſolet, amor extiterit. Hic ſiquidem te ad crucem vſque pertraxit: quatenus amore, quo filiū tuum flagrare conſpiciebas, vehementius adhuc inflammareris, ſacratiſſimamq; eius paſſionem

ſionem, Patri ſuo cœleſti, pro humano genere vniuerſo, efficacius offerres. Obſecro te, vt ex corde meo eijcias amorem omnem carnalem, vanum, mundanum: impetres autem ſincerum Dei amorem, quo cum ſuper omnia eum diligam, proximum autem ſicuti me ipſum; ſimulque actiones ac ſermones meos omnes, ad eius ſolius honorem dirigam.

PRECATIVNCVLÆ IN honorem ſeptem dolorum Diuæ Virginis MARIÆ.

1. O Sanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es affecta dolore, quando amantiſſimus tuus filius, octauo poſt natiuitatem die circumciſus, magno cum cruciatu ſanguinis ſui primitias pro nobis effudit: quos quidem cruciatus, non cæterorum more infantium, rationis iudicio necdum vtentium, ſed veluti plenus ſenſu ac intellectu, acriter perſenſit: rogo te, velis me conſolari, quando aliquid mihi ſubtrahitur earum rerum, quas impenſe diligo: ne amor meus vllis creaturis, ſed potius earundem conditori adhæreſcat.

2. O Sanctiſſima Virgo MARIA, Dei mater, quæ ingenti es affecta dolore, quando vna cum amantiſſi-

mantiſſimo tuo filio ob improborũ hominum perſecutionem, in Ægyptum furtim profugere debuiſti: licet immẽſa, quibus ſe perſecutores ſcelera obſtringerent, ſimul ac incõmoda illa, quæ tenero tuo infantulo in itinere ſubeunda erant, conſiderares. Conſolare ac confortare me quæſo in rebus aduerſis aliiſque incõmodis ac perſecutionibus, quæ mihi tum à dæmone tum in mundo infliguntur.

3. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei quæ ingenti affecta es dolore, quando amantiſſimo tuo filio deperdito, verebaris, ne quid infortunii infantulus incurreret, neve te forſitan deſereret. Ora pro me, ne vlla triſtitia mihi tam ſit cordi, quã orbari CHRISTO: vtpote in quo omnis mea ſalus ac voluptas cõſiſtit.

4. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es affecta dolore, quando amantiſſimus tuus

filius veniam diſcedendi abs te petiit, vt ex iuſſu Patris ſui cœleſtis, mortem pro nobis oppetitum iret. Probè namque compertum tibi erat, pro quibus, à quibus, & qualia paſſurus eſſet: vtpote pro totius mundi delictis, pro toto humano genere, ab infenſiſſimis ſuis hoſtibus, de quibus quam optime meritus erat. Tum quoq; noueras, acerbiſſimos eum cruciatus ſubiturum, quales nec vllus vnquam mortaliũ in hoc mundo ſuſtinuiſſet. Roga Deum pro obtinenda mihi gratia, vt horum ego cruciatuum ſemper memor eſſe valeam.

5. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es affecta dolore, quando amantiſſimum tuũ filium graui crucis mole oneratum conſpexiſti. Conſiderabas namque nunc quidem oneris magnitudinẽ, inde vero corporis eius teneritudinem: quod variis dilaniatũ flagris ac vul-

ac vulneribus ſaucium, ex immenſo crucis pondere recens in humeris vulnus acquirebat. Cernebas porro immaniter eum verberari, trahi ac raptari. Quin & aures quoq; ad conuicia omnia ac improperia, quibus inſontem impetebant, intentas habebas. Oculos vero ad ſolum, ſanguineo eius cruore madidū, cōiiciebas. Obſecro te, vt exiguam meam crucem, pro eius de cætero amore, hilariter ac æquanimiter tolerem.

6. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es affecta dolore, quando amantiſſimū tuum filium expanſum ac pendulum in cruce conſpexiſti: cuius innocuæ manus ac pedes diris erant clauis tranſuerberatæ: corpus nerui in modum ita extenſum, vt dinumerari poſſent omnia oſſa eius: Caput ſpinis hiſpidum, plagis liuidum, ſputis fœtidū. Quem inſuper à vertice capitis ad calcem vſq; pedum, totum

ſanguine coopertum; deſertũ quidem ab amicis, ab hoſtibus vero deriſum, conſputum, blaſphemiis impetitũ vidiſti. Obſecro te, velis Patri cœleſti pro omnibus ſceleribus meis ſanctiſſimum hoc ſacrificium offerre: ſimul ac per illud ſpiritalia mihi munera, ac temporalia beneficiorum merita impetrare.

7. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es affecta dolore, quando amantiſſimũ tuum filium è cruce depoſitum penitius contemplata, omnia eius vulnera & liuores ſingulatim inſpiciebas: reuerenter tibi interim adſeruans veluti euidentia redemptionis noſtræ inſtrumenta, coronam eius ſpineã, ac ſanguineos, hinc inde è corpore dependentes, glumos. Opitulare quæſo mihi, vt condigne Eccleſiæ ſacramenta, in quibus Chriſti merita conſeruantur ſuſcipiam, eorundemq; fructus efficaciter in me ſentiam.

DOLO-

Digitized by Google

DOLORVM CONCLVSIO.

O *Sanctiſſima Virgo* M A R I A *mater Dei, quæ ineffabili cum dolore amantiſſimum tuum filium ſepulturæ traditum conſpiciens, toto iſto triduo in mœrore perſeuerabas: nihil interim admittens ſolacij, quoaduſque filius tuus rediuiuum ſeſe tibi ſiſteret: roga pro me Deum, vt mundanarum rerum ærumnas probe perſpectas mihi faciat, meque doceat à nullo, quam ab ipſo conſolationem quærere.*

***

PRECATIVNCVLÆ IN honorem ſeptem gaudiorum Beatiſſ. Virginis MARIÆ.

1. O Sanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingẽti es perfuſa gaudio, quando Gabrielem Archangelum ad te venientem conſpexiſti, ac diuinum illud oraculum, quò mandato ſanctiſſimæ Trinitatis te ſalutare iuſſus erat, pronunciantem audiuiſti. Cuius etiam voluntati, licet titulorum, quibus te compellabat, raritatem ac dignitatem mirareris, diuinæ tamen iuſſionis voluntatem cognitam habens, omni cum demiſſione reſignaſti. Precare pro me, adeoq; auxiliare mihi, vt omne meum gaudium ac deſiderium ſit in agnoſcenda adimplendaque diuina voluntate.

2. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater

mater Dei, quæ ingenti es perfuſa gaudio, quando cum feſtinatione per montana tranſiens, cognatam tuam Eliſabetham, Ioannem Baptiſtam iam vtero geſtantem inuiſiſti, & tam amicabiliter conſalutando, vtrumque ad dulce oris tui alloquium, ac ſupereminentẽ gratiam, quæ cum Chriſto, gratiarum omniũ largitore in ſacratiſſimo tuo vtero quieſcebat, diuino Spiritu repleſti: ac tribus cum ea menſibus permanſiſti, ſumma cum ſedulitate ac humilitate obſequium tuum ei deferens: obſecro te, oſtende mihi amicabilem vultum tuum, & vox tua ſonet in auribus meis: vox etenim tua decora, & vultus tuus nitidus ac iucundus nimis.

3. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es perfuſa gaudio, quando filius Dei in ſtabulo Bethlemitico ex te, ſine vllo virginitatis tuæ diſpendio, ac citra do-

Digitized by Google

lorem vllum prognatus, pannis eſt inuolutus, ac poſitus in præſepio, vt in fœno recubans, ad iumentorum flatum nonnihil calefieret. Quæ inſuper mire læta ta es cum pauperculam illam paſtorum turbam aduentantem cerneres, paruulum tuum videre ac adorare geſtientem. Intercede pro me, vt potius in paupertate ac incommoditate, quàm in opibus ac deliciis gaudeam : vtpote, quando filius tuus, ac Dominus noſter IESVS Chriſtus paupertatem ac miſeriam præ cæteris mundi bonis maxime adoptauit, impẽſe adamauit, ſtudioſe obſeruauit, pauperesq; ipſos beatos pronunciauit.

4. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es perfuſa gaudio, quando magi ab oriente venientes, ac ſtabulũ inuiſentes, dilectiſſimum tuum paruulũ thure vti Deum ſuum adorabãt, auro vti Regem ſuum honorabant, myrrha deniq;

niq; vti hominẽ condecorabant: eo quod perſpectũ haberes prudentiſſimos hoſce Principes, primitias eſſe gentiũ, Chriſtumq; Dominũ ſuum agnoſcere ac venerari: quorum etiã veſtigia omnis dein gentilitas calcatura foret. Rogamus igitur te nos, qui ex gentibus venimus, ac diuinæ opis gratia veram de CHRISTO cognitionem hauſimus, intercede pro nobis, ne quis hac cognitione nos ſpoliet, ſed vt potius ſecundum fidei huius normam vitæ noſtræ rationes dirigamus, & poſt peractam vitæ huius palæſtram Deum clare conſpiciamus.

5. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti es perfuſa gaudio, quando Chriſtus amantiſſimus tuus filius poſt glorioſam reſurrectionem ſuam, viſitatum, ac ſalutatum te venit, comitatus nimirum inſigni ſanctorum Patrum, quos è limbo eripuerat, cœtu: ſin-

gulatim enarrans tibi, quæ nam tormenta paſſionis tempore pro nobis ſubiiſſet, quidve negotii toto iſto triduo in inferno habuiſſet, ac tandem etiam, quid nam in terris adhuc quadraginta dierum interuallo peracturus foret. Quando etiam celebris hæc ſanctorum Patrum corona, ad aſpectum tuum ineffabili quadam lætitia perfundebatur: quod te matrem ſciret eſſe Redemptoris illius, quam tantopere deſiderârât. Obſecro te, vt in hora mortis meæ præſentia tua me exhilares, tandemq́; ad cœleſtis regni gaudia tecum perducas.

6. O ſanctiſſima Virgo MARIA, mater Dei, quæ ingenti perfuſa es gaudio, quando amantiſſimum tuum filium in humana ſua natura ad cœlos aſcendentem conſpexiſti, ſtipatum videlicet innumerabili angelorum exercitu, quibus à Patre ſuo cœleſti demandatum erat, vt

cum

eum vnà cum ſanctorum Patrum cœtu, quos in libertatem adſerue-rat, triumphali pompa exciperent, ac regio plane ſolio ſiſterent. Quando immenſa eius gloria mire exhilarata ad præſentiam eius magnopere anhelabas. Intercede pro me, vt & ego ad cœlum adſpirans, re ipſa, quanto cum tædio mundus me eiicere, Deus vero promiſſis ſuis ad ſe elicere cupiat, perſentiſcam: quatenus mundum odio habere, cœleſtium autem rerum cogitatione delectari queam.

7. O ſanctiſſima Virgo MARIA, Mater Dei, quæ ingenti perfuſa es gaudio, quando Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes in te atque in Apoſtolos, cæteroſque ibidem congregatos Chriſti fideles cœlitus deſcendens, omnes vos pariter gratiæ ſuæ ope impleuit, confortauit, & conſolatus eſt. Quando audiſti ſonum Spiritus vehementis, qui Hieroſo-

lymitanam plebem exciuit, atque ad Apoſtolorum ædes pertraxit: vt ibidem noua Euangelicæ legis præcepta, ex ore Petri, Apoſtolorum Principis, atque vniuerſalis Eccleſiæ capitis hauriret. Quando diſpertitas linguas tanquam ignis ſupra ſingulos eorum, Confirmationis Sacramẽtum denotantes: quod cum oleo, ignis nutrimento, ac ſuaueolenti balſamo, addito etiam in fronte ſanctæ crucis ſignaculo, de cętero conferendum foret, conſpexiſti: quę quidem nos docuêre, ꝙ in hoc Sacramento igneum quendam percipiamus feruorem ac fortitudinem, vt bono vitæ odore alios ædificemus, ac veluti inuicti Chriſti athletæ, pro fidei conſtantia decertantes, aduerſa omnia toleremus. Ora igitur pro nobis, quatenus ſacramenti huiuſce virtutem iugiter in nobis ſentiamus, atque in fide,

vir-

Digitized by Google

virtutumque omnium exercitatione, conſtantes permaneamus.

CONCLVSIO GAVDIORVM.

O Sanctiſſima Virgo MARIA, Mater Dei, cuius in hoc mundo gaudium nunquam tam purum ſolidumque extitit, quin aliqua ſaltem mœroris nubecula contaminatum fuerit: quoad uſque filius tuus, elapſis poſt ſuum in cœlos aſcenſum annis ter quinis, Angelum ad te Gabrielem, qui te ad cœleſtis regni coronam inuitaret ac euocaret, deſtinauit. Tunc enim cor tuum ineffabili quodam delibutum fuit gaudio, quando nimirum amantiſſimus tuus filius vocatum te venit, vt te ſuis in cœlum brachiis attolleret. Tunc, inquam, innixa es ſuper dilectũ tuum longe ſuauius, quam vllo vnquam tempore in vlnis ipſe tuis quieuiſſet. Tunc excepta

pta es ab Angelis, ſanctiſque omnibus, veluti eorum Domina: tunc ab ipſa Sacroſancta Trinitate veluti cœli terræque Regina coronata: rerum omnium creatarum abſolutum dominium es conſecuta. Eam igitur ob cauſſam obſecro te, ô virgo puriſſima, Dei mater, mundi Domina, cœli Regina, mediatrix Chriſtum inter ac homines, mœſtorum conſolatrix, ac patrona omnium inuocantium te, ne contemnere velis pauperculos cultores ac amatores tuos, etiamſi tam eminentem in cœlis locum promerueris. Sed potius recordare, te ideo à Chriſto in matrem adſcitam, vt ſacratiſſimo ſuo, quod ex te ſumpſerat, corpore, peccatores in libertatem aſſertos cœlo insereret. Noſtra ſiquidem peccata in cauſſa ſunt, quod Dei mater ſis effecta. Cogita igitur, te ideo nunc Chriſto tam propinquam in cœlis eſſe, vt noſtras ei preces offerens,

tuo

Digitized by Google

tuo nobis interuentu opituleris, atq; ab eo gratiam, opem, & cœleſtia nobis dona impetres, Aſpice nūc oculis clementiæ tuæ; vtpote mater miſericordiæ, & quia omnis miſericordiæ fonti aſſiſtis, tuam expoſcimus miſericordiam.

D. BERNARDVS VERBIS hiſce beatiſſimæ Virginis opem implorat.

Sileat miſericordiam tuam, Virgo beata, ſi quis eſt, qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis meminerit defuiſſe. Nos quidem ſeruuli tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed in hac potius nobis ipſis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, miſericordiam amplectimur charius, recordamur ſæpius, crebrius inuocamus. Serm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ

Loquere Domina, quia audit glorioſus filius tuus, & quæcunque petieris impetrabis. Inuoca bonum nomen eius ſuper nos, vt curemur à vetuſta lepra carnis & ſpiritus.

Per

In fine ſer. 2. de aduentu Domini

Per te acceſſum habeamus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis. Excuſet apud ipſum *integritas tua, culpam noſtræ corruptionis; & humilitas* Deo *grata, noſtræ veniam impetret vanitati.* Copioſa *charitas tua, noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum; & fœcunditas glorioſa, fœcunditatem nobis conferat meritorum.*

AMEN.

ALIÆ

Digitized by Google

ALIÆ PRECATIONES AD eandem ſacratiſsimam Dei Matrem.

O Sacratiſſima Virgo MARIA, Mater Dei, Domina mea, patrona mea, aduocata mea: meipſum penitus tibi reſigno, totoque vitæ meæ tempore famulari tibi cupio. Rogo te, vt me in patrociniũ tuum ſuſcipiens, ſemper præſto mihi ſis, maxime quando hinc emigrandũ. Ego iam firmum concipio propoſitum, vt quandocunque & vbicunque honorẽ quiuero tutari tuum, id pro viribus ſemper efficiam: vnde quidquid tum hodie, tum toto vitæ tempore peracturus ſum, id ad maiorem nominis tui gloriam cedere percupio, Amen.

O Sacratiſſima Virgo MARIA, mater miſericordiæ, quæ me toties à peccatis immunem conſeruaſti, & poſt lapſum toties ab amantiſſimo

tuo

tuo filio veniam mihi miſericorditer impetraſti: obſecro te, vt me hodierno quoque die ita præſerues, ne vel amantiſſimum tuum filium, vel te dictis factisve meis ad indignationem prouocem. Si quid vero humani mihi forſan eueniret, quod tuis poſſet oculis diſplicere, præſidio mihi eſto, ô inclyta maris ſtella, ac præſentiſſimum afflictorũ omnium ſolatium: quatenus quã ocyſſime cum filio tuo in gratiam redeam. O dulciſſima Virgo MARIA, quidquid interius exteriuſve in animo pariter ac corpore peracturus ſum, id iam nũc certo certius ppono, me ad amorẽ filii tui, adeoque & tui ipſius duntaxat acturum. Vnde quantum valeo, omnes Angelorum, ac beatorum ſpirituum cateruas ſupplex oro, vt iam nunc tuo filio, tibique ſingularem aliquẽ honorem ac venerationem exhibentes, pro ineffabili illo amore,

quem

Digitized by Google

quem die noctuque amantiſſimus tuus filius, in hanc vſque horam indigno ac immerenti mihi præſtitit, vos adorent ac ſalutent.

SALVE glorioſiſſima Virgo MARIA, Stellis clarior, Sole lucidior, Luna pulchrior, Fauo dulcior, Roſis rutilãtior, Liliis nitidior: Omnes ſancti te honorant, omnis virtus te exornat, Ieſus Chriſtus filius tuus te, p̃ cæteris in cœlis glorioſiꝰ coronat.

RECORDARE ô clementiſſima Virgo MARIA, nullo vnquam tempore auditum, quod quis tuum expetens auxilium, ac patrocinium inuocans, repulſam paſſus ſit. Vnde miſer ego peccator, eâdem hac fiducia animatus, venio ad te, ô Virgo virginum, ac Mater miſericordiæ, imo currens propero ad te, meque tibi ſiſto, orando, plorando, tremendo, atque omni cum animi demiſſione obſecrando, vt per te apud filium tuum dilectiſſimum,

gra-

gratiam impetrare merear. O Verbi Mater ſempiterni, noli deſpicere verbum meum, ſed potius clementer ſuſcipere, exaudire, adimplere.

SALVE ô ſtella matutina, mundi Domina ac Regina, quæ inter filias hominum ſola meruiſti virgo ſanctiſſima nuncupari, largire nobis clypeum ſalutis, quo contra omnes hoſtium inſidias, te adiuuante ac protegente, decertemus. Tu namque es virga Ieſſe, in Aaronis amygdala transformata, quæ mundi nequitiam ſuſtuliſti. Tu vellus Gedeonis, cœleſti rore compluta, ſicco interim vellere. O electa Dei genitrix, referta Spiritus ſancti gratia, velis quæſo nos in miſerrimo corporis huius ergaſtulo conſolari, atque in exilio hoc noſtro nobis opitulari. Eſto nobis regia ad cœleſtis regni gaudia via, in qua perpetua commoratur pax ac gloria. Exaudi nos

etiam ſemper clementiſſimis tuis auribus, ô clemens, ô pia, ô dulciſſima Virgo MARIA, Amen.

O MARIA virgo immaculata, intacta, inuiolata, quę es lucida cœli porta. O amantiſſima ac gratioſiſſima Dei genitrix, ſuſcipe diuinū laudis tuæ canticum. Deuota corda ac ora precantur, vt animæ ac corpora noſtra peccatorum næuis careant. Eam ob rem largire nobis reis gratiam ac veniam, per preces tuas dulciſſimas, ô clemens, ô Regina, ô Maria, quę ſola inter homines ab omni ſcelerum noxa, inuiolata permanſiſti.

ORA-

Digitized by Google

ORATIONES ANTE Confeſsionem.

O Domine Ieſu Chriſte, clementiſſime Pater, agnoſco me diuinam tuam maieſtatem quotidianis meis flagitiis ſæpius ad indignationem prouocare, quæ tamen ob nimiam cæcitatem meam nequaquã video, & per malitiam meam nullatenus ſentio, & per infirmitàtem meam in memoriam non reuoco. Eam ob rem rogo te, velis memoriam meam renouare; intellectum illuminare, cor emollire, vt omnia peccata mea in mentem mihi veniant: quatenus ea agnoſcam, ac vera cum contritione ac ploratu apud Sacerdotem depromam.

DISCVTIENDA HIC CONſcientia de peccatis cordis, vt ſunt.

1 Cogitationes immundæ, auaræ,

ræ, inuidæ, ſuperbę, malitioſę, vanę. Conſenſio animi in malum, diſtra- ctio in ſeruitio diuino, incuria, vana delectatio, triſtitia inordinata, pu- ſillanimitas, diffidentia in fide, de- ſperatio, ſiniſtra ſuſpicio, nimia ſui ipſius confidentia, exigua ſalutis cogitatio, rara diuinorum benefi- ciorum recordatio, atque id genus alia.

PECCATA ORIS.

Detractio, diffamatio, menda- cium, periurium, murmuratio, irri- ſio, improperium, iurgium, conui- cium, moroſitas, adulatio, indebita obiurgatio, præſumptio, garruli- tas, &c.

PECCATA OPERIS.

Percurre decalogũ, ſeptem pec- cata capitalia, ac peccata aliena, & vide, num peccandi occaſionem alicui præbuiſti, conſulendo, inci-

D tando,

Digitized by Google

tando, commendando, complacendo, participando, conniuendo, ſubticendo, ac non puniendo, &c.

POST PERACTVM CONſcientiæ examen, hoc pacto precari licebit.

O Domine Ieſu Chriſte, hæc ſunt peccata quæ mihi præ cæteris in mentem veniunt. Scio quidem omnia tibi delicta diſplicere, & ad patibulum crucis viam ſtrauiſſe, plurimorumq; tibi cruciatuum occaſionem præbuiſſe, vt ab iis nos liberares ac emundares. Tu vero qui offenſus es, infinitæ maieſtatis es Dominus, ego autem qui te offendi miſerrima ſum creatura. Cauſſa inſuper offenſionis magna eſt, propter magnum illud odium quo peccata perſequeris. Ideoque ſummo iure iuſtitiam tuam pertimeſcere debeo, ac de ingratitudine mea erubeſcere. Verum quandoquidem in confeſ-

Digitized by Google

Confeſſionis Sacramento condonandorum remedium peccatorum nobis reliquiſti, eam ob rem cupio hoc remedio vti, & apud Sacerdotem, vicarium tuum peccata mea omnia deteſtari. Itaque oro te, largire mihi veram animi contritionē, vt amore tui doleā de delictis meis, firmumq́ue de cætero propoſitum concipiam ea nullatenus iterandi. Illumina igitur memoriam meam, ac labia mea aperito, donando inſuper robur, vt ſimpliciter, humiliter, pure ac ſincere omnia eloquar, nihilque ex pudore, timore, aut alia vlla cauſa ſciens volenſq; ſubticeā. Largire mihi etiam bonam voluntatem ad audiendum, intelligendū, perficiendum, quidquid confeſſarius mihi dicet aut iniunget: quatenus tum per meam confeſſionem, tum per eius abſolutionem, pœnitentiæq; ſatisfactionem, plenariam conſequar meorum veniam deli-

ctorum, ſimq; immunis non ſolum à culpa, verum etiam pœnæ reatu. Opitulare itaque nunc mihi, ô Domine, atque omnes cacodæmonis aſtus procul abige, Amen.

POST CONFESSIONEM.

GRatias ago tibi, Domine Ieſu Chriſte, de conſcientiæ meæ alleuatione, ac peccatorum meorum condonatione. Rogo te, dimitte mihi errata omnia, quæ per incuriã in hac confeſſione mea irrepſere: & cor meum de cætero ab omni peccatorum inquinamento mundum conſerua, animamq; inſuper meam virtutum ornamentis condecora. Iuua me porro tua gratia, vt prauas animi paſſiones ſuperem, eiſq; nullatenus contra voluntatem tuam morem geram, ne ad vllam me iniquitatem præcipitem agant. Auerte etiam oculos meos, ne videant vanitatem, & aures contra quaſuis dæmonis ſuggeſtiones occlude. Quin

potius

potius curam mei angelo tuo ſancto demandato, qui omnes male agendi occaſiones longe à me profliget: quatenus tranquilla cum conſcientia tibi in poſterum deſeruiens, in omni virtutum progreſſu incrementum capiam.

PRECATIVNCVLÆ ANTE venerabilis Sacramenti ſumptionem.

O Pater cœleſtis, qui me ad diuinæ imaginis ſimilitudinem creaſti, atque in cibum mihi quotidianum Ieſum Chriſtum, filium tuum, donaſti: firmiſſimè credo, ſub hac ſpecie non amplius panem, ſed reuer Ieſum Chriſtum, Deum ac hominem, cum corpore & anima, carne ac ſanguine exiſtere. Quem quidem ego in me ſuſcipere etſi nullatenus ſum dignus: noli tamen me quæſo reiicere aut deſpicere, ſed potius eum mihi in peccatorum meo-

rum condonationem, atque animæ meæ alimentum largire, Amen.

2. O Domine Ieſu Chriſte, cum hac fide ad te venio, teq; vti Deum meum adoro, atque omni qua poſſum humilitate rogo, vt ad me venias, atque tum corpori, tum animæ meæ, ſecundum hanc fidem, benigne facias, Amen.

3. O Domine deſcende in corpus & animam meam, non vt me iudices condemneſve, ſed vt me nutrias, ſanes, conforces, ſalues. Tu namque es Ieſus meus, id eſt, Saluator, imo adiutor meus, Medicus meus, Præceptor meus, Ductor meus, D E V S meus, & omnia, Amen.

4. O Domine multiplices in me reperies imperfectiones, paſſiones, inclinationes, iniquitates, ac peccata. Obſecro te itaque, vt aduentu tuo ab his me liberes, ac ſecundum voluntatem tuam reformes.

5. O Do-

5. O Domine, veni, ac tuis me meritis veſti: munda me pretioſo ſanguine tuo, abſconde me in ſacratiſſimo corpore tuo, atq; in vulneribus tuis abſorbe me: ne cœleſtis Patris tui iuſtitia, nudum me; ſed in te; veluti membrum tuum, quod de Spiritu tuo viuit, pendens de corpore tuo, reperiat, Amen.

6. O Domine Ieſu Chriſte, fili Dei viui, qui voluntate Patris tui, atque ope Spiritus ſancti, per ſacratiſſimam tuam mortem mundum viuificaſti, libera me præſidio corporis tui ab omni peccatorum inquinamento, & ab omni vitiorum næuo: fac vt tuis ſemper mandatis adhæreſcam, nulloque vnquam tempore abs te deſciſcam, Amen.

7. O Domine Ieſu Chriſte, rogo te, vt ſacratiſſimi corporis tui, ad quod nunc indignus ego accedere

intendo, ſuſceptio, non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed corporis & animę refectio, ac virium mearum reparatio, Amen.

8. O Domine, qui ſacratiſſimam hanc menſam in Eccleſia tua ſancta præparaſti aduerſus omnes qui tribulant me: Rogo te, velis me per hunc cibum ita confortare, vt alacriter currens per ſemitam mandatorum tuorum, hoſtes meos omnes proſternam, & ad Chriſtianæ perfectionis apicem contendam, Amē.

9. O Domine, qui cœnam hanc pretioſam ac magnam præparaſti, & me ad eam gratioſe ac ſpontanee inuitaſti, haud ſum dignus, qui cum filiis tuis menſæ huic aſſideam: vtpote mendicus, ac vulneribus plenus, ſine veſte nuptiali, ſine gratia, ſine charitate. Vereor magnopere, ne manibus pedibuſque ligatus, detrudar in tenebras exteriores. Quo pacto igitur accedere præſumam? Verum

Verum quandoquidem tu meam expetis præſentiam, non ærumnas meas, ſed diuitias tuas aſpiciam; obſecrans, vt me cum filio prodigo veſtias, calcees, adornes: indue me indumento iuſtitiæ, & calcea me calceis deuotionis ac piæ affectionis, exorna me tua charitate, ac virtutum tuarum opibus dita me. Tunc etenim ſecutus ad tuas accelerans nuptias, menſæ tuæ adſidebo, ac de cœleſtib. tuis epulis epulabor, Amē.

10. O Domine Ieſu Chriſte, miſer ego peccator accedo ad magni tui conuiuii menſam, nullis meis meritis, ſed de bonitate ac miſericordia tua confiſus. In me ipſo verecundor ac paueo: qui cor & animam multis peccatorum næuis cōtaminaui, ſenſuſque meos ac loquelam male cuſtodiui. Ideoque ad te venio, ô miſericors ac miſerator Domine, quaſi ad miſericordiæ fontē, vt me ſanes ac mūdes, atq; ab omni malo liberes, Amen.

ITVRVS IAM AD SACRAM Communionem, dicito.

Panem cœleſtem accipiam, ac nomen Domini inuocabo.

O Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

POST COMMVNIONEM.

1. OPportunè aduenisti Domine Ieſu, quare gratias ex animo ago, quod me inuiſere, ac te ipſum mihi largiri ſis dignatus: ego iam me ipſum quoque tibi viciſſim reſigno, vt ſecundum diuinæ voluntatis tuæ beneplacitum mecũ agas: Indica mihi voluntatem tuam, & da vt perfecte eam adimpleam, Amen.

2. Effice ô Domine, vt quod ore contigimus, pura mente capiamus, vtque

vtque hoc temporale munus, in ſempiternum mihi ſalutis meæ remedium conuertatur, Amen.

3. O Domine, obſecro te, vt pretioſum hoc corpus & ſanguis, quod accepi, omnibus meis adhæreſcat medullis, ne quid peccati amplius in me maneat, qui cœleſti hac alimonia ſum refectus, Amen.

4. O Domine Ieſu Chriſte, veniſti ad pauperculam fœtidamque creaturam, ſordibus plenam, virtutibus vacuam. Mea tibi vulnera ac pauperiem detego, velis ea ſanare ac ditare. Malum meum finitum eſt, miſericordia vero tua, opes, ac merita infinita Ideoq; inuitor ad orandum, & auxilium abs te ſperandum, Amen.

5. In primis itaque peccatorum meorum noxam mihi propitius remitte, malum quoque omne à me propelle, atque infirmitates cura.

6. Largire porro mihi ſinceram ac profundam cordis humilitatem, vt mihi ipſi in oculis meis diſplicẽs, à toto mundo vilis haberi geſtiam, atque in contemptu gaudeam.

7. Dona inſuper attentionem, deuotionem, vnionem, in precibus ac meditationibus meis: vt tecum loquens, nuſquam ad alia cogitatione diſtrahar. Eſt etenim magna irreuerentia, corpore præſentem tibi eſſe, corde vero cum inimicis tuis ſermocinari.

8. Renoua quæſo ſenſus meos, ne quid per eos, quod tibi diſplicet, tranſeat: vti ſunt immundicia, iniuſticia, vanitas, nugacitas. Sint potius oculi mei coniecti in pauperes, ad eorum ſubleuandum inediam; aures intentæ ad audiendum verbum Dei: guſtus, tactus, olfactus ad ea quæ voluntatis tuæ ſunt, perficiẽda.

9. Emunda ac refrena linguam meã à detractione, multiloquio ac

ſtult-

ſtulti loquio: vt ſim in verbis maturus ac prouidus, alioſque ædificem: ne vel te, vel proximum meum offendam.

10 Reſtaura demum omnes animi corporiſque mei vires, vt præter te nihil intelligam, ſine te nihil velim, extra te nihil deſiderem: ſed vt te mihi ſemper præſentem conſiderans, ſenſus, actus, & ſermones meos dirigam in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum. Quatenus tu in me viuas, & non ego: itaque loquere per os meum, linguam meam dirige, manus meas moue, artus meos omnes rege: vt quilibet tuam in me vitam adſpiciens, per bonas meas actiones ædificetur, & ad diuinũ tuum nomen collaudandum incitetur. Amen.

DVM SERO CVBITVM VADIS.

O Omnipotens æterne Deus, gratias tibi ago per IESVM Chriſtũ

Dominum noſtrum, quod me hodierna die conſeruaſti, in corpore educaſti, & ſecundum animam plurimas mihi rerum bene gerēdarum occaſiones ſubminiſtraſti; obſecro te, vt ſi quid boni à me factum, id ab omni imperfectionis labe emundes, ac gratioſe acceptes: Verum quandoquidem peccata mea præpollent, rogo te vt gratiam largiaris ea mihi in memoriam reuocandi ac emendandi. Intellectus namque meus caligat: animus vero diſtractus eſt, ac cor induratum.

Cogita quid interdiu egeris: & quidquid præter ſolitum mali actum, in memoriam tibi reuoca, vt ſuo id tempore confiteare, dein vero dic:

O Domine gratias tibi ago de omnibus beneficiis tuis, potiſſimum vero de iis, quæ hodie mihi gra-

Digitized by Google

gratioſe contuliſti: ego vero interim variis tē peccatis offendi: ſed obſecro te, miſerere mei, eaq; mihi ignoſcēs, eouſq; parce, donec ea ſacramētaliter apud Sacerdotem ſim confeſſus. Doleo ſiquidem ex animo, adeoque & firmum emendandæ vitæ propoſitum concipio. Itaq; hac nocte propitius mihi adeſto, ac corporis quietem indulgeto; quã quidem nullam aliam ob cauſſam capio, quã vt alacrius tibi deſeruiam. Angelũ mihi tuũ mitte, qui me cuſtodiat: procul à me abige noxia, immunda, ac terribilia inſomnia, illicitos carnalis concupiſcentiæ motus refrena, ac diabolicas omnes tētationes profliga: quatenus nocturna hæc quies potius ad medelam, quam peccati occaſionem mihi cedat.

AD BEATISSIMAM VIRGINEM.

O Beatiſſima Virgo MARIA, mater Dei, gratias tibi ago, quod hoc

hoc die oculis miſericordiæ tuæ me reſpexiſti ac conſeruaſti: obſecro te, vt ab amantiſſimo tuo filio, meorũ mihi impetres veniam peccatorum: offerto illi exiguum illud quód à me hodie bonum eſt præſtitum, illudq; tuorum præſidio meritorum promoueto: conſeruando me inſuper hac nocte, ac ſollicitam ſalutis meæ curam gerendo.

AD ANGELVM TVVM.

GRatias quoque tibi ago, ô Angele, magiſter, ductor, ac Princeps meus, pro omnibus ac ſingulis, quæ abs te hodie conſecutus ſum beneficiis. Obſecro te, adeſto mihi hac nocte omnem à me diaboli aſtum ac conatum profligans, corpuſque meum ab ægritudine ac ſubitanea morte illæſum, animã vero à noxiis cogitationibus immunem conſeruans. Largire etiam placidam quietem, quatenus nonnihil corpore

con-

conſopitus, alacrius deinde Deo famulari, ac proximis conuen entius c pitulari valeam. *Pater noſter. Aue Ma ia.*

ORATIO AD SANCTOS ANgelos, ac proprium tuum tutelarem.

QVandoquidem dæmones ſuperbi, inuidi, obſtinati, adeoq; & ſalutis noſtræ iurati ſunt hoſtes, qui ingentem hominum partem decipiunt, deprauant, euertunt; eam ob rem veſtram imploramus opem, ô Angelici ſpiritus, diuinæ maieſtatis cõſerui, ne vel in vita vel in morte aduerſum nos præualeant tam multiplices, feroces, verſipelles ac potentes aduerſarii: ſed vt die noctuq; aduerſus eorum inſultus nos protegatis, atque in iugi iſto certamine fideliter adiuuetis. Potiſſimum vero me tuę commẽdo cuſtodiæ, ô ſanctiſſime Angele, cui me æterna

terna bonitas ſemper cuſtodiēdum commiſit. Ducito, quæſo, me cæcum, inſtruito inſcium, confortato ægrum, defendito pupillum, reducito erroneum, vrgeto tardum, excitato ſomnolentum. Quin & illud obſecro procurato, vt extrema illa lucta, quæ mihi cum morte ac cacodæmone ſub vitæ finem obeunda, felicem ſortiatur effectum: quatenus anima mea in ſanctiſſimum veſtrum conſortium, poſt victoriæ triumphum admiſſa, cum exultatione pſallat; *laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.*

SVC-

SVCCINCTÆ FIDEI CONFEſſIONES AC ORATIONES, QUÆ CUM FRUCTU AGONIZANTIBUS INCULCARI POTERUNT.

ANte omnia conſultum fuerit ægrotantibus ſymbolum proponere apoſtolicum, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, atq; vſitatum confeſſionis modum, idque eo omnino idiomate, qui ab ægrotante intelligi poteſt.

INDE VERO SVBSEQVI POterit hæc confeſſio.

1. O Pater cœleſtis, credo quidquid credit catholica ac ſancta mater Romana Eccleſia, quæ à Pontifice Romano, Petri ſucceſſore, ac filii tui amantiſſimi IESV Chriſti in terris Vicario gubernatur. Quidquid autem illa reiicit ac damnat, id & ego reiicio pariter ac damno.

2. Ab-

2. Abrenuncio proinde ſathanæ, eiuſq́; pompis, conſiliis, ſuggeſtionibus, machinationibus, potiſſimum vero ſectis ac hæreſibus quibuſcunque, & quidquid denique præfatæ repugnat Romanæ ac orthodoxæ fidei.

3. In hac ſiquidem viuere ac mori cupio, nihilq́; cum aliis commercii habere. Quidquid autem contrarium mihi vnquam in mentem forſitan venit, id veluti ſincerus ſanctæ Eccleſiæ filius, ex imis cordis medullis deteſtor.

4. Agnoſco etiã, me Deum creatorem meum ſæpe numero multipliciter ac grauiter offendiſſe: de quo nunc magnopere doleo: non ſolum ob ingruentem tormẽtorum metum, aut propinquum mortis aduẽtum, ſed ob id vel maxime, quod contra diuinæ bonitatis miſericordiam toties deliquerim.

5. Ideoque nunc firmum mihi facio

facio emendandę vitę propoſitum: ita vt ſi diuinę bonitatis ope conualeſcere contingat, peccata omnia lethifera cane peius & angue euitare cupiam, vt potius omnia mundi mala tolerare, quam talia iterũ perpetrare. Vnde Deum ex animo rogo, vt me in hoc propoſito confortare ac conſeruare velit.

6. Ignoſco etiam ſerio omnibus ac ſingulis, qui me vnquam dictis factiſve offenderunt: agnoſcens me tam magnum eſſe peccatorem, ac enormiter in Deum deliquiſſe, prorſus vt in hoc mundo, nulla mihi queat irrogari iniuria. Qui etenim infernum, in quo perpetuũ regnat malum, ſuis promeretur facinoribus, is omni malorum genere dignus merito reputatur.

7. Cæterum omnes quotquot hic præſentes ſunt, & quotquot vſpiam quocumq; modo offendi, oro, vt id mihi penitus ignoſcãt. Pro

qui-

quibus tum in hac vita, ſi ſoſpes permanſero, tum in altera, quãdo hinc cum Dei gratia emigrabo, Deum precibus interpellabo.

8. Si quæ inter facultates meas bona non recte parta reperiantur, ante omnia reſtitui cupio, ſimul ac creditoribus meis ſatisfieri. Probe namq; compertum habeo, non dimitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

9. Ago inſuper ingentes diuinæ bonitati gratias pro omnibus beneficiis mihi collatis: pro quibus offero ei merita vnigeniti ſui filii Chriſti Iesv.

10. Libere etiam profiteor, me pro operibus ac meritis propriis, cœlum nullatenus præſtolari, ſed per paſſionem ac mortem Domini noſtri Iesv Chriſti, quibus firmiter innitor.

Ora-

Digitized by Google

ORATIVNCVLÆ.

1. SVſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab exſpectatione mea : quæ eſt enim exſpectatio mea, niſi Dominus? Pſal. 118. verſ. 116.

2. Ne proijcias me, Domine, in tempore infirmitatis meæ, cum defecerit virtus ſalutis meæ. Pſal. 70. verſ. 9.

3. O Domine, delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Pſal. 24. verſ. 7.

4. O Domine, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal. 18. verſ. 13.

5. O Domine IESV, Pater miſericordiarum, ac Deus totius conſolationis, fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me. Pſal. 85. verſ. 17.

6. O Deus noſter refugium & virtus, adiutor in oportunitatibus, in tribulatione, ſuccurre nunc paupercula animæ meæ, ne à canibus infernalibus deglutiatur. Pſal. 9. 10.

7. O dulciſſime Domine IESV Chriſte, in honorem ac virtutem ſacratiſſimæ paſſio-

paſſionis tuæ, refer me in numerum electorum tuorum.

8. O Domine IESV Chriſte, fili Dei viui. ſtatue ſacratiſſimam paſſionem, crucem, ac mortem tuam inter iudicium tuum ac mortem meam.

9. O creator ac redemptor meus IESV Chriſte, ego me totum tibi reſigno, ne quid deneges mihi: ad te venio, ne repellas.

10. O Domine fac nunc mecum ſecundum magnam miſericordiam tuam, & iube vt ſpiritus meus in pace ſuſcipiatur.

11. O Domine ſonet vox tua in auribus meis; hodie mecum eris in paradiſo.

Pſal. 142. 2. 12. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

13. O Domine IESV Chriſte, nihil omnino boni in operibus meis inuenio, ideo non in vitam meam, ſed in merita tua oculos tuos coniicito.

14. O Domine IESV Chriſte, in te confido, non erubeſcam, neque irrideant

me ini-

me inimici mei, ſed in iuſtitia tua, id eſt, per ſacratiſſimam paſſionem tuam, libera me, per quam omnis mea culpa abolita eſt ac perſoluta.

15. O Domine, nunc dimitte ſeruum tuum ſecundum verbum tuum in pace; vt videant oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.

16. O Pater cœleſtis, in manus tuas commendo ſpiritum meum, ſuſcipe eum in pace: eripe animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.

17. O Domine Ieſu, veni, & ſecundum verbum tuum ſuſcipe animam meam: amplectere eam cum filio prodigo, ac pro prima manſione mea adſigna illi bonum habitaculum.

AD BEATISSIMAM VIRginem MARIAM.

1. MARIA mater gratiæ, mater miſe-

miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

2. O ſanctiſſima Dei genitrix, vita mea, dulcedo mea, ſpes mea, ad te clamo in tribulatione mea. Quæ nullum vnquam in te ſperantem auerſata es. Ad me conuerte oculos miſericordiæ tuæ, & oſtende mihi dilectiſſimum filium tuum IESVM Chriſtum, vt ex manibus tuis ſuſcipiat me.

3. O beatiſſima Virgo MARIA, per ineffabilem triſtitiam illam, qua oppreſſa eras, cum oculis vſurpares pendentem in cruce filium tuum, ac ſpiritum ſuum in manus Patris ſui commendantem, in medio inimicorum ſuorum, peſſima quæque ei exoptantium: obſecro te, adeſto mihi nunc, ac capitales animæ meæ hoſtes profliga.

4. O dulciſſima Virgo MARIA, immaculata Dei genitrix, ac virgo caſtiſ-

caſtiſſima, per ſummum illud gaudium, quo cumulata fuiſti, quando amantiſſimus tuus filius venit allatum animam tuam, quam ad cœlos ſecum perduceret, obſecro te, vt huc ad me veniens, in hac extrema neceſſitate mea conſoleris me, neque me derelinquas, quoad vſque anima mea ad cœleſtis regni gaudia prouehatur.

5. O ſanctiſſima Virgo MARIA, vnica Deum inter ac hominem mediatrix, obſecro te, vt animam meam ex terreno corporis huius ergaſtulo ad cœlum prouehens, placatum mihi reddas filium tuum.

6. O ſanctiſſima Virgo MARIA, hominum adiutrix, infirmorum confortatrix, afflictorum conſolatrix, peccatorum aduocatrix, cœcorum illuminatrix; obſecro te, adiuua me, conforta, conſolare me, illumina me, atque in gratiam filii tui reſtitue me: eripe quoque cacodæmo-

dæmoni omnes accuſationes ſuas, & quidquid contra me in medium proferet: vt à iuſto iudice pro me aduerſus eum ſententia proferatur.

7. O ſanctiſſima Virgo MARIA, regina cœli, paradiſi porta, ac mundi Domina, mitte ad me beatorum Angelorum tuorum agmina, vt regiam cœleſtis patriæ viam, contra omnes hoſtium inſidias, planam tutamque mihi faciant: offer animam meam filio tuo chariſſimo, vt quidquid pro ea meritorum in cruce ſacroſancto ſanguine ſuo ac paſſione acquiſiuit, id nunc in eam affatim conferat.

AD SANCTVM ANGELVM.

O Angele, qui vnus es ex cœli Principibus, cui mei à Deo cura commendata: ago tibi gratias pro iuuamine ac præſenia tua, quam mihi

mihi toto vitæ decurſu præſtitiſti: ignoſce vero mihi, quod minus me tibi obſequentem exhibuerim, ac raro tuis monitis paruerim. O o autem te, ne in hoc vltimo vitæ diſcrimine miſſum me facias, ſed potius malignos, quibus ex animo renuncio, ſpiritus, procul hinc abigas. Quin & alios ſanctorum, iuxta ac Beatorum Angelorum ſpiritus, tibi in adiutorium adſciſce, qui vna tecum meam ad ſe animam ſuſcipiant, eamque ad cœleſtem gloriam quantocyus perducăt: quemadmodum pauperculum illum mĕdicum in ſinum Abrahæ detulerunt.

2. O ſanctiſſime Angele, ne me quæſo deſeras, priuſquam ſempiternæ me beatitudini, ab æterno me manenti, apud Deum ſiſtas.

3. O ſanctiſſime Angele, conſolare me nunc cœleſt um cogitationum præſidio, ac noxia quæque

mundanarum rerum deſideria, curaſque ſuperfluas depelle: vt corde iam in cœlis verſer, quo ſe anima breui peruenturam ſperat.

AD PATRONVM SVVM.

O Sancte ac glorioſe N. cui veluti efficaci meo apud Deum aduocato plurimum hactenus ſum confiſus, iam nunc tuo mihi patrocinio potiſſimum opus, ideoque quam maxime inuigila, vt in hoc vltimo vitę articulo præſidio mihi ſis: à quo nunc ſalutis meæ momenta dependent: ſi enim haſce euaſero difficultates, ſaluus procul dubio enatabo. Supremum igitur numen ſerio comprecare (non enim vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat) quatenus gratiæ ſuæ dona mihi non præcludat, ſed potius amicabilem ſuum vultum miſericorditer exhibeat.

AD

AD OMNES BEATORVM AN-*gelorum ſpiritus.*

O Sancti Angeli Dei, cœli Principes, ac mundi gubernatores, iam nunc ad me, ex hoc mundo migrare incipiẽtem, aduolate, meamque hanc animulam, horrore mortis conſternatam ex malignantium ſpirituum inſidiis eripite, vobiſque vendicate, & ad cœleſtis regni gaudia ſine mora perducite: vbi vna vobiſcum epulari, diuinæque Maieſtati ſempiternas agere gratias, liceat.

AD OMNES SANCTOS.

O Vos cœlites omnes, ac dilecta Deo cohors, qui omnibus erepti periculis, iam in portu nauigatis, ac perpetuùm cum Deo regnatis: recordamini nunc mei, mihiq́;

 ſuppe-

ſuppetias ferte, dæmones profligate, animam meam ſuſcipite, eamq́; ſupremo Numini ſiſtite: Orantes pariter Chriſtum, vt cordi eam habeat; vtpote qui eam condidit, redemit, vocauit. Nolite me ergo veſtra ope deſtituere, quoadusque eiuſdem vobiſcum gloriæ particeps effectus, diuinæ faciei contemplatione reficiar. Amen.

* * *

MI-

MISCELLANEÆ ALIquot precatiunculæ.

PRO OBTINENDIS VITÆ neceſſarijs.

O Domine, qui corporeas omnes creaturas, in obſequium ac ſubſidium humani generis in ortum produxiſti, obſecramus te, vt de vitę neceſſariis benignè nobis proſpicias, quatenus ſecundum iuſſionem tuam ſine ſollicitudine vlla, quieti tibi deſeruiamus. *Per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen.

ANTEQVAM OPVS ALIquod auſpiceris.

ACtiones noſtras, quæ ſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. *Per Chriſtum &c.*

ALIVD.

OFFero tibi nunc opus hoc, ô Domine quod agere intendo: orans, vt illud tum ad maiorem nominis tui gloriam, tum ad meliorem animæ meæ ſalutem promotum eas. *Per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen.

OPERE IAM PERACTO.

GRatias tibi ago Domine, quod opis tuæ præſidio, operi huic finem impoſuerim. Reliquum nunc eſt, vt qua miſericordia opus hoc mecum operatus es, eadem nunc ad optatum ſcopum ac finem dirigas: quatenus & tibi placeat, & ſaluti proſit, & proximis commodet. Tu ſiquidem ſolus penſas vota, coronas merita, confers præmia. *Per Ieſum Chriſtum &c.*

ÆGRITVDINIS TEMPORE.

O Omnipotens ſempiterne DEVS, ſalus

ſalus in te credentium, per tuam nobis miſericordiam in infirmitatibus noſtris ſuccurre, vt æquanimiter eas tolerãtes, gratiam tuam, ac peccatorum veniam promereamur, tibique inde gratias referentes, diſcamus ac ſentiamus, infirmitatem nõ minus eſſe beneficium, quam proſperam corporis valetudinem. *Per Ieſum Chriſtum &c.*

IN QVAVIS TRIBVLATIONE.

O Domine, qui fidelibus tuis nullam tribulationem vel aduerſitatem, niſi ad maiorem eorum ſalutem immittis; nulliq; plus oneris, quàm ferendo ſit, imponis; oramus te vt in hac nobis præſto ſis anguſtia; ne vexationibus nimiis ſuccumbentes, alieniores à te (quod abſit) efficiamur. *Per Ieſum Chriſtum &c.*

IN TENTATIONE.

DEus qui iuſtificas impium, &

non vis mortem peccatorum : maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, vt famulos tuos de miſericordia tua confidẽtes, cœleſti protegas benignus auxilio, & aſſidua protectione conſerues : vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te ſeparentur. *Per Ieſum Chriſtum &c.*

IN PERICVLIS.

O Domine qui deuotis Chriſti fidelibus tuam in quouis diſcrimine præſentiam promiſiſti, dicens: non deſerã te, neq; dimittam : oramus te, vt in præſenti nos protegas periculo, nobiſq; mittas Angelum tuũ qui nobiſcũ vadat & nos ab hoſtium inſidiis defendat, atque in pace deducat. *Per Ieſum Chriſtum &c.*

DVM ITER PEREGRE AVſpicaris.

DEus qui trãſtuliſti patres noſtros ſicco pedis veſtigio per mare rubrum

brũ, ac tribus ex oriente aduentãtibus Magis, viã ad filii tui cunabula, ſtella duce, monſtraſti; rogamus te, vt iter nobis largiare ſalubre, ac placidam aeris quietem: quatenus angelico vſi ducatu, ad optatum itineris locum, tandemq; perpetuæ ſalutis portum peruenire valeamus, *Per Ieſum, &c.*

Alia.

Deus qui Abrahã puerum tuum de Vr Chaldæorum eductum, per omnes peregrinationis ſuæ vias illæſum cuſtodiſti, quæſumus vt & nos famulos tuos cuſtodire digneris. Eſto nobis Domine in procinctu ſuffragium, in via ſolatium, in æſtu vmbraculum, in pluuia & frigore indumentum, in laſſitudine vehiculum, in aduerſitate præſidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: vt te duce, quò tendimus, proſpere perueniamus, & demum incolu-

columes ad propria redeamus. *Per Dominum noſtrum, &c.*

Alia.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. *Per Dominum noſtrum.*

Verſic. *Dirige pedes noſtros in viam pacis.*

Reſponſ. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

Alia.

Deus qui ad vitam ducis, & confidentes in te paterna protectione cuſtodis, quæſumus vt præſentibus famulis tuis à nobis egredientibus angelicum tribuas comitatũ: quatenus viam illorum, & præcedente gratia tua dirigas, & ſubſequente te comi-

Digitized by Google

comitari digneris: vt de actu & incolumitate eorum, ſecundum miſericordiæ tuæ prꝑſidia gaudeamus. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

MORTALITATIS TEMpore.

Da nobis, quæſumus, Domine, piæ ſupplicationis effectum, & peſtilentiam propitiatus à nobis auerte: vt mortalium corda cognoſcant, & te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

AD SERENITATEM POſtulandam.

Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſte pro peccatis noſtris adfligimur, miſericordia tua prꝑueniente, clementiam

tiam ſentiamus. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

AD PETENDAM PLVuiam.

DEVS in quo viuimus, mouemur, & ſumus, pluuiam nobis tribue congruentem; vt præſentibus ſubſidiis ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. *Per Dominum noſtrum, &c.*

AD PROFLIGANDAM aeris tempeſtatem.

A Domo tua, quæſumus Domine, ſpiritales nequitiæ repellantur, & aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. *Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.*

ALIA.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos & caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſeruas; præſta ſupplicibus

plicibus tuis, vt & tranquillitatibus huius optatæ conſolationis lætemur, & dono pietatis tuæ ſemper vtamur. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

ANTE CONCIONEM.

DOmine, qui cœleſtis verbi tui pabulo animas noſtras nutris, ac ſalutari doctrina inſtruis, rogamus te, vt idoneos nos efficias concionis huius auditores. Aperi aures noſtras interiores pariter ac exteriores, vt verba tua ſuſcipiant ac intelligãt. Depelle diſtractionem omnem, ac diabolicam tentationem. Auerte oculos noſtros, ne videant vanitatem. Illumina intellectum, vt capiat tuam voluntatem. Emolli cor noſtrum, vt verbum tuum capiat: inflamma denique diuinæ charitatis tuæ igne voluntatem noſtram, vt mandata tua impleat. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

POST

Digitized by Google

hunc creationis meæ finem pertingerem. Vnde quandoquidem in ſancta tua Eccleſia varia ſunt bene beateque viuendi genera, quæ licet diuerſimode ad cœlum perducant; obſecro te ex intimis præcordiis meis, indica mihi voluntatem tuã, meque ad iſtud vitæ genus euoca, in quo ſaluari commodius valeam, tibique quam optime famulari. Tui namque ſolius muneris eſt vocare, ac mortalium quemque ad certum vitæ ſtatum deſtinare.

PRO IIS QVI MATRImonium capeſſere ſtatuunt.

DEus qui in primis noſtris parentibus matrimonii auctor extitiſti, illudque noua in lege, tum tua, tum ſanctiſſimæ genitricis tuæ præſentia benedixiſti, ac miraculo condecoraſti, & me (vti perſuaſum mihi habeo) ad idem complectendum inui-

nihilo in ortum producens, fœminam de latere viri formare voluiſti, vt quaſi vitę ſuę principium eum coleret, ipſeque eam viciſſim, veluti ſororem ac conſortem ſuam, imo ceu pretioſiſſimũ corporis ſui mẽbrum, adamaret: obſecro te, intuere oculis miſericordiæ tuæ hanc famulam tuam, quam mihi in ſociã ac coniugem copulari voluiſti: infunde illi benedictionẽ tuam, atque eiuſcemodi Euangelicis virtutum ornamentis eandem condecora, quales Apoſtoli tui Petrus ac Paulus in bona matreſamilias cumprimis requirunt: Potiſſimum vero largire ei humilitatem, obedientiã, verecundiam, prudentiam, fidelitatem, ſimplicitatem in amictu, ſobrietatem in victu, taciturnitatem in loquela, in gubernanda denique re domeſtica dexteritatem ac ſollicitudinem. Largire illi humilitatem Rachelis, fœcunditatem Liæ, pruden-

prudentiam Abigaelis, mundiciem Eſtheris, deuotionem Annæ Samuelis. Adime cacodæmoni omnẽ in eius membra poteſtatem, refrena eius linguam contra multiloquiũ, oculos eius occlude contra rerum curioſarum nouitatem, aures eius aduerſus detractiones omnes obtura: ita vt ſit in viuendo honeſta, in conuerſando verecunda, atque in quouis agendi modo quam optime morata, quatenus ſuauiter ac pacifice inter nos conuerſantes, liberos noſtros in timore tuo enutriamus, tandemque vna tecum regni cœleſtis gaudia poſſideamus. *Per Dominum noſtrum, &c.*

ORATIO SPONSÆ PRO Sponſo.

O Pater cœleſtis, qui amantiſſimo tuo filio nuptias adornaſti, ac cœnam magnam præparaſti, adſignando ei in ſponſam ſanctam ma-

matrem Eccleſiam: quam vſq; adeo impenſe adamauit, vt patrem matremque miſſos fecerit, vt eam ſibi copularet, atque in perpetuum vniret. Tute ipſe matrimonium inſtituiſti, ac in ſacramentum vere magnum extuliſti, ligans per te ipſum matrimonii vinculum tam firmiter, prorſus vt ſecundum fœdus illud, quod Eccleſiam inter ac filiũ tuum pepegiſti, mortaliũ diſſoluere id nemo valeat. Ego itaque, qui me ſacramento huic magno obligaui, ac ſponſo meo in facie Eccleſiæ, legitime deuincta ſum, obſecro te, benedictionem tuam nobis impartire, ac primæ parentis noſtræ Euæ maledictionem, quam præuaricando promeruit, dulcorando tempera. Dolores etiam partus mitiga, atque in hoc iugo conſtitutam conforta. Largire inſuper patientiam in quouis opere, vt & libenter marito meo obſequar, ac diligentem familię curam

riam geram. Marito vero meo prudentiam dona, vt bene domeſticam regat familiam: quatenus in negotiando iuſtus, in operando ſedulus, in agendo manſuetus, atque in loquendo denique diſcretus exiſtat. Effice eum pium, vti Abraham, caſtum vti Iſaac, ſedulum vti Iacob, patientem vti Iob, prudentem vti Dauid, iuſtum vti Tobiam. Procul abige ab eo omnem ſuperbiam, iracundiam, auaritiam, prodigalitatem, imperioſitatem, atque id genus alia. Quin imo oculos eius verbi tui claritate illumina, voluntatem eius amore tuo inflamma, gratiæ tuæ dono cor eius emolli, animam eius iuſtitia tua exorna, amorem eius mecum vni, ac vice verſa: quo graue coniugii onus æquanimiter inter nos tolerantes, tandem aliquando cum liberis noſtris æterna tecum gloria potiamur. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

MV-

Digitized by Google

MVTVA CONIVGVM *Oratio.*

OMnipotens DEVS Abraham, Iſaac, & Iacob, benedictum ſit nomen tuum in cœlo pariter ac terra, necnon & ab omni creaturarum genere. Grates tibi agimus pro omnibus tuis in nos promeritis, potiſſimum vero de hoc magno tuo Sacramento, quod te vocante ac inſpirante auſpicati ſumus. Rogamus te, miſerere noſtri, noſque in vera charitate conglutina, largiendo nobis vnam eandemq́; voluntatem, charitatem ſinceram, intentionem rectam, vt electorum tuorum numerum adaugeamus: Præſtò nobis eſto in qualibet actione, conatus noſtros promoue, fœcunditatis tuæ donum nobis impartire: Nullos vt producamus fœtus alios, quam qui frugi ſint, ac vitæ penitus inculpatæ: tibi per omnia placentes, tuæq́;

Eccleſiæ obſequentes, adeoque & nobis ipſis in ſenio noſtro opitulantes. Fac vt in hoc coniugii noſtri ſtatu, nullatenus à diuino tuo ſeruitio impediamur: ſed potius eo tibi firmius adhæreſcamus, quò nos vberiori liberorum frequentia cumulas. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

ORATIO EORVM, QVI ad religioſæ vitæ ſtatum adſpirant.

O Domine Ieſu Chriſte, qui in ſancta tua Eccleſia religioſæ vitę ſtatum inſtituiſti, atque eundem multiplici ſanctiſſimorum ordinum diuerſitate condecoraſti: vt quilibet eam ſibi deligat vitæ normam, ad quam pro ſtatus ſui qualitate ſe maxime idoneum reperit: & in qua veluti in ſacratiori aliqua Chriſtianæ perfectionis ſchola, virtutum ſtudio alacrius inſiſtat, poſthabitis nimirum

mitum omnibus, relictis parentibus, ac propinquis, contemptis diuitiis: imo omiſſa etiam voluntate propria ac ſenſualitate: ita vt ſeipſum penitus reſignans, ex eleemoſynis viuat, ac ſuperioribus ſuis, ceu Vicariis tuis, ſe omninò ſubiiciat: perſentiſco in me ſuauitatis tuæ tractum ad capeſſandam perfectionẽ hanc: de quo veluti de ſummo totius mundi beneficio ex animo te laudo, benedico, ac gratias tibi ago: obſecrans te humiliter, vt hanc in me voluntatem perficias, meoq́ue deſiderio ſatisfacias: largiendo mihi perfectam rerum mundanarum, deſpectionem, omnimodam mei ipſius in manus ſuperiorum meorum reſignationem, angelicæ puritatis conuerſationem, ſolidæ paupertatis, obedientię ac caſtitatis obſeruationem: ita vt quidquid ſuperiores de cætero de me ordinaturi ſint, id animo ac voluntate hilari

Digitized by Google

amplecta ac impleam: quaten in vitæ huius palæſtra extra mu dum totus tibi adhæreſcam, ac p mortem bonorum religioſoru præmium acquiram: quod quide eſt, in extremo iudicii die Iudicu ſubſellia occupare, ac tecum in v uos mortuoſque (ô præclarum ex miumque exigui operis præmium ſententiam proferre. Atque in ho diuinæ me bonitati tuæ commen do Ieſu Chriſte, fili Dei, qui cun Patre ac Spiritu ſancto viuis ac reg nas, &c. Amen.

PRO VIRGINIBVS.

O Domine Ieſu Chriſte, fideliſſime earum virginum Sponſe, quæ caſtitatis ſuæ florem ex voto tibi obtulêre ac dedicauêre (ſine concepto enim firmo conſeruandæ virginitatis propoſito, in certo non degitur ſtatu) ſentio me ad amorē tuū pertrahi, &abs te in ſponsā cooptari,

ri, ideoque nullum præter te virum concupiſco: quin potius gratias tibi permagnas ago, quod me ad tam ſublimem dignitatis gradum exaltaſti, qui ſua excellentia tantum ſuperat coniugium quantum anima corpus, cœlum terram, æterna caduca, Deus hominem: idque ob vnionem illam, quam homo ex pacto tecum contrahit. Secundum ſponſi enim dignitatem ac eminentiam, etiam ſponſa exaltatur. Eam ob rẽ obſecro te, fac me huic ſtatui dignam ac idoneam, exornando animam meam cunctis præſtantiſſimarum virtutum donis: ſiquidem interior animæ ornatus præ cæteris tibi placet. Vnde facito me ad exemplum tuum humilẽ ac mitem, largiendo mihi caſtitatem perfectã, ac ſenſus meos omnes conſeruando, ne quid contagii ingrediatur. Auerte à me cogitationes ac commotiones impuras, dirige actiones

meas omnes ac ſermones ad nominis tui honorem, iuxta ac proximorum ędificationem, rege ac defende me vti amantiſſimam tuam ſponſam, nec ſinito me vllo vnquã tempore tuo deſtitui adiutorio, ac tandem animam ad cœleſte palatium tuum adſumito: promiſſam virginitatis aureolam tribue, per quam te quocunque ieris ſubſequar, vt ſolet vxor maritum. Tum vt perpetuo tecum exultans, cantem canticum illud nouum, quod pſallere nemo poteſt, nisi qui ad extremum vſque vitæ momentum, illibatum virginitatis florem iugiter conſeruauerit. Per te ô Ieſu Chriſte, qui cum Patre ac Spiritu ſancto viuis ac regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

PRO VIDVIS.

DOmine Ieſu Chriſte, mœſtorum cordium conſolator, ac diligentium omnium te adamator, placuit tibi

tibi adimere mihi thori mei cõſortem, qui mihi ſolatio & auxilio erat, eo quod tu, ſolus meus eſſe voluiſti de cætero adiutor ac conſolator. Ideoque te rogo, præſto mihi ſis in omnibus aduerſitatibus ac tribulationibus meis, nec me deſeras. Noſti enim viduas ab omni parte vexari ac tribulari: quippe quas mundus odio proſequens fallere ac circumuenire ſtudet, orbatas nimirum viri præſidio. Quin & maleſuada caro, ob præteritarum memoriam voluptatum acrius nos, quã virgines, talium inexpertes ſollicitat. Tum etiam cacodæmon haudquaquam deſinit ſuis hiſce contra nos præſidiis vti, vt nos illaqueet, & ad lapſum prouocet. Ideoque iam cernis, ô Domine, quam neceſſarium ſit nobis auxilium tuum; pro quo ex animo ſupplico, cupiens de cætero tibi duntaxat adhæreſcere, nullique alteri inniti, præterquam tibi ſoli.

Digitized by Google

Eſto mihi mariti loco, qui me defendat; parentis, qui me regat; magiſtri, qui me doceat; Domini, qui me in famulam adſciſcat, cui ſemper ſeruiam. Largire quæſo mihi cordis mundiciam cum Anna propheriſſa, fortitudinem cum Iudith, deuotionem cum Paula, pauperum charitatem cum Elizabetha, filiorũ lætitiam cum Monica, virtutum denique omnium perfectionem, cum ſanctiſſima matre tua MARIA: quæ tum in virginitatis, tum in coniugii, adeoque & viduitatis ſtatu, perfectionis palmam tulit: quatenus aliquando ſexageſimum referam fructum; inferior quidem virginibus, quibus centeſimus competit; ſuperior vero coniugatis, quas trigeſimus manet. Per te Ieſu Chriſte, fili Dei, qui cum Patre ac Spiritu ſancto viuis ac regna per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

PRO

Digitized by Google

PRO PONTIFICE.

DEus omnium fidelium Paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei quæſumus, verbo & exemplo quibus præeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

PRO EPISCOPO.

OMnipotens ſempiterne DEVS, miſerere famulo tuo antiſtiti noſtro N. & dirige eum ſecundum tuā clementiam in viam ſalutis æternæ, vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. *Per Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM *Filium tuum, &c.*

PRO PRÆLATIS, ET CONgregationibus eis commiſſis.

OMnipotens ſempiterne DEVS,

qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulos tuos, & ſuper congregationes illis commiſſas, ſpiritum gratiæ ſalutaris; &, vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. *Per Dominum noſtrum, &c.*

PRO IMPERATORE.

DEVS regnorum omnium, & Chriſtiani maxime protector imperii: da ſeruo tuo Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere; vt qui tua conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. *Per Dominum, &c.*

PRO REGE NOSTRO.

QVæſumus omnipotens DEVS, vt famulus N. Rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum mon-

ſtra

ſtra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratioſus valeat peruenire. *Per Dominum, &c.*

PRO FAMILIA.

DEfende quæſumus Domine, beatâ MARIA ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam; & toto corde tibi proſtratam, ab hoſtium propitius tuere inſidiis. *Per Dominum, &c.*

ALIA.

VIſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: & Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. *Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.*

ALIA.

EXaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelũ tuum

Digitized by Google

de cœlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. *Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.*

PRO INIMICIS.

DEVS pacis charitatiſque amator & cuſtos, da omnibus inimicis noſtris pacem charitatemque veram, cunctorumq; eis remiſſionem tribue peccatorum, noſque ab eorum inſidiis potenter eripe. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

PRO HÆRETICIS.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui ſaluas omnes, & neminem vis perire; reſpice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni hæretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. *Per Dominum, &c.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO PARENTVM pro liberis.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui ad humani generis propagationem, matrimonii ſacramentū inſtituiſti, præcipiens parentibus ſedulam liberorum ſuorum curam agere, eoſque ad nominis tui honorem, propriamq́; ſalutem enutrire; offerimus tibi hoſce, quos nobis largiri dignatus es, liberos: quorum nos nutritores duntaxat agnoſcimus, quoadusq; eos ad eiuſcemodi vitæ ſtatum vocaueris, in quo tibi grati eſſe valeant. Effunde ſuper eos benedictionem tuam, vt in timore tuo, ac virtutum omnium profectu ſuccreſcant. Tu namque eorum es genitor ac creator, qui eis corpus es largitus, animas vero eorum ex nihilo procreaſti. Eſto nobis adiumento in enutriendis ac inſtituendis eis. Da eis ſuggeſtiones bonas, vt te præ oculis ſemper habentes ab

omni caueant viciorum næuo. Libentius namq; mori eos videremus, quam vt te vno duntaxat mortali flagitio ad indignationem prouocarent. *Per Dominum noſtrum, &c.*

ORATIO LIBERORVM pro parentibus.

OMnipotens æterne DEVS, cui omnis obedientia liberorum in parẽtes perplacet, omniſq; rebellio diſplicet: qui in lege tua parẽtes nos honorare pręcepiſti, dum morigero atq; obediẽti filio, vitæ diuturnitatẽ promiſiſti: commendamus tibi parentes noſtros, ex quibus mortalem hanc vitam, adeoq; & Chriſtianæ inſtitutionis doctrinam hauſimus: infunde gratiam animabus eorum, ac longæuam inculpatamq; vitam eis largire. Adeſto eis in ſenio, & ad amorem eos tuum pertrahe, ita vt rerum pertæſi mundanarum, igni-

to

to quodam cœleſtium deſideriorũ affectu inflammentur, quatenus ſine timore ad te adſpirent. Effice etiam, vt quando vitæ eorum finis aduenerit, neceſſariorum queant effici participes ſacramentorum, eaq́ue deuote frequentare. Quando vero diuinæ tuæ beneplacitum erit voluntati, vt eos ex vitæ huius ſtatione euoces, propitius eis eſto Iudex, ac pro laboribus moleſtiiſque omnibus, quos in inſtituendis enutriendiſque nobis impenderunt, æternæ vitæ mercedem eis largire. *Per Dominum, &c.*

PRO MVLIERE praegnante.

O OMNIPOTENS SEMpiterne Deus, qui hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ tuam creaſti, reſpice oculis miſericordiæ tuæ prægnantem hanc mulierem. Adſis in geſtando vtero, eiuſq;

eiuſq; in pariendo dolores mitiga, vt Chriſtianæ prolis mater cũ gaudio effecta, poſſit eam diuino tuo ſeruitio offerre, ſanctamq; tuam Eccleſiam virtutum incremẽto adaugere. *Per Dominum, &c.*

PROSA PRO DEFVNctis.

1. *Dies iræ, dies illa*
Soluet ſeclum in fauilla,
Teſte Dauid cum Sibylla.

2. *Quantus tremor eſt futurus,*
Quando Iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcuſſurus.

3. *Tuba mirum ſpargens ſonum,*
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

4. *Mors ſtupebit & natura,*
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.

5. *Liber ſcriptus proferetur,*
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.

Digitized by Google

6. Iudex ergo cum ſedebit,
Quidquid latet, apparebit,
Nil inultum remanebit.

7. Quid ſum miſer tum dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iuſtus ſit ſecurus?

8. Rex tremendæ maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.

9. Recordare Ieſu pie,
Quod ſum cauſa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.

10. Quærens me, ſediſti laſſus,
Redemiſti crucem paſſus,
Tantus labor non ſit caſſus.

11. Iuſte Iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis,
Ante diem rationis.

12. Ingemiſco, tanquam reus,
Culpâ rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.

13. Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti,
Mihi quoque ſpem dediſti.

14. Preces

Digitized by Google

14. *Preces meæ non ſunt dignæ,*
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

15. *Inter oues locum præſta,*
Et ab hædis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.

16. *Confutatis maledictis,*
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.

17. *Ore ſupplex & acclinis,*
Cor contritum quaſi cinis,
Gere curam mei finis.

18. *Lachrymoſa dies illa,*
Qua reſurget ex fauilla,
Iudicandus homo reus.

19. *Huic ergo parce Deus*
Pie Ieſu Domine,
Dona eius requiem, Amen.

PRO PATRE AC Matre.

DEus qui nos patrem & matrem honorare præcepiſti, miſerere quæſo clementer animabus patris mei,

Digitized by Google

mei, & matris, atque omnium parentum meorum, eorumque peccata dimitte, meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. *Per Dominum noſtrum, &c.*

PRO DEFVNCTIS FRATRIBVS, *propinquis ac benefactoribus.*

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, beata MARIA ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

PRO HIS QVI IN CÆMETE- *rio quieſcunt.*

DEVS cuius miſeratione animæ fide-

Digitized by Google

fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbiq; in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. *Per eundem Dominum noſtrum, &c.*

ALIA.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularúmque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. *Qui viuis & regnas, &c.*

ALIA.

DEVS cui proprium eſt miſereri ſemper ac parcere, propitiare animabus famulorum famularúmque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortis vinculis abſolutæ, tranſire mereatur ad vitam. *Per Dominum, &c.*

ALIA

Digitized by Google

ALIA.

OMnipotens ſempiterne DEVS, cui nunquã ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur, propitiare animabus famulorum & famularum tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confeſſione diſceſſerunt, ſanctorum tuorum numero facias aggregari. *Per Dominum noſtrũ, &c.*

* * *

BRE-

BREVIVSCVLÆ CONSIDERATIONES, SEV MEDITATIONES ſuper Euangelia, præcipuis aliquot CHRISTI *feſtiuitatibus, Dominicas certas non habentibus, occurrentia.*

IN DIE NATIVITATIS DOMINI, EVANGEL. Luc. 2.

1. EXiit *edictum à Cæſare Auguſto*. Conſidera *inprimis*, Chriſtũ voluiſſe naſci, pace vbiuis terrarum regnante: tum vt Euangelicæ legis prædicatio bellorum graſſante tumultu nullatenus impediretur, tum vt ſe genuinum pacis Principem ac reconciliatorem demonſtraret. Dæmone etenim omnia quiete partim apud gentiles per idolorũ cultum; partim apud Iudæos, per flagitiorum multitudinem, occupante,

te, pax vera orbi eſſe non poterat. *Dein* vero inſignem diuinæ bonitatis clementiam, filium ſuum tunc potiſſimum in mundum mittentis, quando pœnis iure merito in eum deſæuire oportebat. *Tertio*, quam ſint homines mundani, in deſcribendis retinendiſq; rebus temporalibus, peruig les. *Quarto*, humilem beatiſſimæ virginis, genitricis Dei obedientiam, quæ nec ſumptibus pepercit nec laboribus, vt Imperatoris edicto obſequentem ſe præberet. Ideoq; vnigenitum Dei filium in paupertate, caſtitate, obedientia peperit: erudiens nos, tria hæc Deo eſſe gratiſſima.

2. *Et paſtores erant in regione eâdem.* Conſidera *in primis* quibuſnã Chriſtus annuncietur. 1. pauperculis, 2. vigilantibus, 3 vigilias noctis ſuper gregem ſuum cuſtodientibus. *Secundo*, Angelum non ſupra, ſed iuxta eos ſtetiſſe. Per Chriſtum ſiquidem

dem Angelorum conſodales effecti ſumus. *Tertio*, ſingula quæque Angeli verba ſedulo cōſidera. Quorum *primum* eſt, *Ecce*, quaſi rem aliquam foret nunciaturus inſolitam, atque hactenus non viſam. 2. *Euangelizo*, id eſt, fauſtum quoddam ac indubitatum nuncium adfero, de quo nullatenus ambigendū, 3. *Vobis*, non angelis, ſed hominibus; ac pauperibus potius, quam diuitibus. 4 *Gaudium magnum*: Hactenus namque adhuc in mœrore egiſtis, ideoq; nunc gaudio vos delibutos reddo, eoq; tam vehementi, vt maius haud habueritis. 5. *Quod erit omni populo*. Toto ſiquidem humano generi de Chriſto nunc lætandum. *Quarto*, ſignum quo Chriſtus demonſtretur. 1. quòd ſit infans, 2. quòd pannis inuolutus, 3. quòd in præſepio poſitus. Amat namque innocentiam, egeſtatem, humilitatem, hominum charitatem; quorum pabu-

lum

Digitized by Google

lum, vti fœnum iumentorum factus eſt. *Quinto,* Angelos Deo pro nobis laudes concinere. Non enim vel ſufficientes ſumus ei pro hoc tam inſigni beneficio condignas perſoluere grates, vel tanti magnitudinem beneficii eo quo decet modo recolere. In hoc porro cantico Deo adſcribitur gloria; hominibus vero pax cum Deo, angelis, cõſcientia, ac inter ſe mutuo. Cuius tamẽ omnes haudquaquam participes efficiuntur, ſed homines duntaxat bonæ voluntatis: qui non ſolum bono aguntur deſiderio, verum etiam cõſtantem, laudabilem, atque efficacem habent Deo placendi voluntatem.

3. *Paſtores loquebantur ad inuicem.* Conſidera *in primis*, paſtores hoſce dicto citius angelicæ paruiſſe iuſſioni. Non enim diſtulerunt, ſed miſſis ouibus, ac timore ſepoſito, quãtocyus aduolarunt. Quando enim

G diuinæ

diuinæ morem gerimus voluntati, fidendum ei eſt, 2. Prius eos inueniſſe Mariam & Ioſeph, qui eos ad Chriſtum perduxêre. Nemo quippe citius diuinam nobis impetrabit gratiam, quàm ſacratiſſima Dei mater, aliique ſancti. 3. Humilitatem iuxta ac prudentiam ſacratiſſimæ huius virginis: quæ taciturnitatis ſtudioſa, vix quidquam elocuta eſt, ſed libens volenſq; paſtorib' Chriſtum conſpiciendum exhibuit, conſeruans omnia in corde ſuo, quæ ab eis dicebantur. Roga eam, vt filii ſui cognitionem tibi acquirens, feruenti eius charitate in flammeris.

Hodie dum medium ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, CHRISTVS IESVS, DEI filius, ex caſtiſsima Virgine MARIA in ſtabulo eſt natus, pannis inuolutus, poſitus in præſepio bouem inter & aſinum. Non enim erat ei locus in diuerſorio. Hodie angelici lætantur chori, laudantes DEVM, ac dicentes;

centes; Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. *Hodie paſtores ad ſtabulum conuolantes, nouellum ſuum regem ac Meſſiam, omni cum reuerentia adoratum, ac muneribus cumulatum veniunt. Gratias igitur ago ô Domine* I E S V, *meque ipſum tibi penitus offero ac reſigno.*

Oratio.

Concede quæſumus, Omnipotens Devs, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. *Per eundem Dominum noſtrum, &c.*

IN FESTO CIRCVMCISIONIS.

1. P*Oſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer.* Conſidera *inprimis* ante hoc tempus Chriſtum plurima pro te frigoris, paupertatis, &c. pertuliſſe incommoda; iam vero ſuas pro te ſanguinis effundere

primitias, quo cum totam tibi pariter vitam largiatur ſuam. 2. Chriſti humilitatem, nullatenus erubeſcétis pro te geſtare emplaſtrum ſine vulnere. Circumciſio namq; in cæteris hominibus ſignum ac remedium erat originalis, quo ipſe caruit, contagii. Eam ob rem noli erubeſcere eius nomine nonnihil agere aut tolerare eorum, quę mundus ignominiæ loco ducit. 3 Firmiter in Chriſtum confidere oportere, qui tam cito aduerſa pro nobis perpeti aggreſſus, quoaduſque vixit nullum fecit perferendorum cruciatuum finem Itaque & nos à teneris vnguiculis Deo ſeruire, eiuſque ſuauiſſimum iugum ſubire, incipiamus.

2. *Vocatum eſt nomen eius* IESVS. Conſidera *inprimis*, Chriſtum vocari IESUM, id eſt Saluatorem. Per eius ſiquidem paſſionem potius, quam per eius opera ſalute potiti ſumus.

Ideoq;

Digitized by Google

Ideoq; quo plura eius nomine perpeſſi fuerimus, eo magis ſalutis eius participes erimus. 2. Nota haberi hîc, *vocatus eſt* IESVS: Vtpote, qui ab exordio mundi Iesus, ſeu ſaluator erat: ſed, *Vocatum eſt nomen eius* IESVS. Hoc etenim nomen haud ſatis ante cognitum erat. 3 Nominis huius excellentiam. In quo *inprimis* nobis ſignificatur eius potentia, quæ nos ex diabolicæ ſeruitutis iugo eripuit, 2. eius ſapientia, quæ diabolo impoſuit, 3. eius charitas quæ nos liberauit. 4. eius dominatus, qui nos ſanguinis ſui lytro redemit. 5. Peccatorum eius immunitas: nullus enim peccato obnoxius, pro eodem facere ſatis quiuerat. 6. Eius adiutorium: iugiter namq; præſto nobis eſt, vt nos adiuuet, liberet, propugnet: ſemper nobis Iesvs, id eſt *Saluator*, exiſtens: Vnde & Emanuel, nobiſcum Devs, dicitur.

3. *Quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur.* Conſidera *inprimis*, nomen hoc cœlitus huc allatum magnæ eſſe potentiæ ac dignitatis, ideoque pro tali abs quouis hominum genere merito habendum. Vnde haud rectè agere illos, qui leuiter & nullo cum honore vſurpant hoc verbum IESVS, aut IESVS, MARIA. Omni ſiquidem cum reuerentia hæc nomina proferri debent: ad quorum prolatum dæmones profligantur. 2. Sanctiſſimi huius nominis characterem, Chriſti inſculptum corpori: idque tum per circumciſionis cauterium, tum per alia eius vulnera: quatenus & nos cordi eum noſtro, per Spiritum ſanctũ imprimamus ac inſcribamus. Quo ſine (vt Apoſtolus conteſtatur) nemo valet dicere, Domine IESV. 3. Num ſalus tua cordi tibi ſit. Si enim frequenter grata recolis memoria, Chriſti pro

te

te exantlatos labores ac dolores, optimum eſt indicium, ſaluum te fore; ſi autem rarius, ſignum eſt non bonum.

Hodie Chriſtus Dei filius, octauo à natiuitate die, pro nobis circumciſus eſt. Hodie ſanguinis ſui primitias pro nobis, veluti arrham quandam ac pignus, eorum quæ poſtmodum nobis largiturus erat donorum, effudit. Hodie primo ſuo vulnere, animarum noſtrarum vulnera perſanare eſt aggreſſus. Hodie IESVS, id eſt, Saluator, nuncupari cœptus. Quam ob rem eſto mihi IESVS, ô Domine IESV, ac ſaluum me facito.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui primum anni diem dilectiſſimi filii tui ſanguine irrigare voluiſti; quatenus totius anni decurſum, ad nominis tui gloriam, noſtræq́; ſalutis profectum per illum dedicares; Oramus te pro fœlici ineuntis anni

auſpicio: qui nos per ſanguinē Chriſti, ac ſaluatoris noſtri adiutorium, in ſeruitutis obſequio tuo promoueat, & ad perpetuam ſalutem perducat. *Per eundem Dominum noſtrum Ieſum, &c.*

IN FESTO EPIPHANIÆ, EVANG. Matth. 2.

1. ECCE *magi ab oriente venerunt Ieroſolymam.* Reges hos fuiſſe Chryſoſtomus adſerit; numero, vti Leo Papa conteſtatur, tres: cui & vniuerſa adſtipulatur Eccleſia. Nota igitur *inprimis*, paſtores, homines videlicet rerum omnium egenos, ignotos, ignobiles, ac plebeios opiliones, citius Chriſtum inuiſiſſe (viciniores ſiquidem ei erant) quam opulentos hoſce ac prudentes, nobileſque Reges. Eam ob rem noli magni facere opes, prudentiam, nobilitatem, vtpote quæ à Deo paupperculæ humilitati poſthabentur.

2. Ve-

2. Veniſſe eos ex Oriente, non ex Occidente: Chriſtus namque ipſe occidentem verſus cōtendit, quando Ægyptum petiit, ac poſtmodum Apoſtolum ſuum Romam deſtinauit, qui vices ſuas inibi gerens, Chriſtianam ibidem ſuis ſucceſſoribus plantaret ac gubernaret Eccleſiam. 3. Hæc verba, *vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum?* Illic eum quærite, vbi inueniri debet: non in ſuperbia, auaritia, luxuria, carnis commoditate, &c. Sed apud pauperculā ſuam matrem. Quin & te ipſum diſcutiens, vide num apud te ſit: ſi namque mortifero obnoxius es peccato, haudquaquam eum in te reperies. 4. Chriſtum ſolum eſſe natum *Iudæorum Regem*, id eſt, confitentium ac laudantium Deum. Ideoq; pro rege eum habere tuō debes.

2. *Audiens autem Herodes Rex.* Conſidera 1. Diuites ac prudentes, quādo Deum præ oculis non habent,

plus inferre nocumenti quam pauperes ac idiotas; ſicuti Herodes cum omnibus principibus Sacerdotum ac Scribis. Cum autem vitæ ſunt inculpatæ, tunc plus etiam operantur boni, Deique cognitionem longius latiuſq; diſpergunt, veluti præfati hi Magi. Quam ob rem præclare de Chriſtiana merentur Republica, qui Magnates ac Reges diuini numinis cognitione imbuunt, per quos commune bonum amplius promoueri poteſt, & ad plures dimanare. 3. Homines mundanos citius moueri ac turbari, quemadmodum Herodi, eiuſq; aulicis vſuveniſſe legimus. Cogita vero quam graui nos timore in extremo ſuo iudicio percellet Chriſtus cum venerit in maieſtate ſua, ſi adhuc infantulus in cunis degens, tam vehementi terrore Herodem concuſſit!

3. *Videntes autem ſtellam, gauiſi*

ſunt

ſunt gaudio magno valde. Conſidera 1. ſtellam non ſe conſpiciendam exhibuiſſe, quando Hieroſolymis adhuc inter aulicos commorabantur: Salutares namque animæ inſpirationes (hę enim per ſtellam ad Chriſtum ducentem denotantur) inter mundanorum hominum tumultus, nullatenus ſentiuntur. Eam ob rem, quo te impenſius mundo ingeris, eo maiori intellectus caligine laborabis. 2. Quod reges ſeſe humiliantes, puerulum in ſinu matris adorauerint. Quem & tu reuerenter in venerabili Sacramento adora. In ſacro namque altari (inquit Chryſoſtomus) atque in manibus Sacerdotum idem ille exiſtit, qui in præſepio ac ſinu matris recubuit. 3. Terna eos munera CHRISTO obtuliſſe, aurum Regi, Thus DEO, myrrham homini.

Offerto itaq; hæc munera, prout myſtice ſignificant: *Aurum*, id eſt, intellectum tuum, in quo ſapientia habitat: *Thus*, id eſt, voluntatem, ex qua charitas, ac feruentes promanant Orationes: *Myrrham*: Corpus videlicet, quod mortificari ac comminui debet cum viciis ſuis ac concupiſcentiis. Religioſi vero offerunt *Aurum*, id eſt, omnes rerũ mundanarum poſſeſſiones, promittendo paupertatem: *Thus* caſtitatis, quæ apud Chriſtum odoris eſt ſuauiſſimi: *Myrrham* obedientiæ: quæ vti amara eſt, ita virtutũ omnium conſeruatrix merito cenſetur.

HODIE tres Reges ſideris ductu ex Oriente venientes (ſtellæ namque ortum ex vaticinio Balaam pranouerant) Hieroſolymam appulerunt, vt ibidem de noui Iudæorum Regis natiuitate indagarent. Hodie Iudaicæ gentis Sacerdotes ſuapte ſponte prof ſſi ſunt, Chriſtum in Bethleem natum iri. Hodie Reges Hieroſolymâ Beth-

Bethleem petiêre, præcedente eos ſtella, ibidemq́ puerum cum MARIA *matre eius inuenerunt, adorauerunt, muneribus honorauerunt. Sic & nos, O* CHRISTE IESV*, qui noſter es* REX *ac Dominus, te adoramus, tibique auri loco in obſequium ſeruitutis noſtræ offerimus, quidquid poſſumus ac habemus: loco vero myrrhæ, omnes corporis noſtri labores: animam loco thuris. Hæc itaque in bonam partem acceptato, ac penes te adſeruato, vt ea nunquam amplius ad ſenſualitatis noſtræ deſideria conuertamus.*

Oratio.

Devs qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: Concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, vſq; ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. *Per eundem Dominum noſtrum, &c.*

***

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI, EVANGEL. Marc. 16.

1. RE*cumbentibus vndecim Diſcipulis.* Conſidera 1. Chriſtum ſæpe numero iſto quadraginta dierum interuallo ſuis ſe conſpiciendum apoſtolis exhibuiſſe, eoſq; de regno Dei, Eccleſia nimirum ſua, ac de iis quæ in ea obſeruatu opus forent, inſtituiſſe. Differens de iis, quæ tũ ad Sacramentorum, Liturgiciq́ue officii dignitatem, tum ad alia ſacro Bibliorum textu nequaquam expreſſa, cumprimis pertinebant. Ideoque pari reuerentiæ ſtudio, vti recte monet Gregorius, pro DEI verbo Apoſtolicæ ſunt amplectendæ Traditiones, quã ſcriptura ipſa. 2. Nonnunquam eum cum Diſcipulis cibum potumq́; vnà ſumpſiſſe, quatenus euidentiora reſurrectionis ſuæ argumenta ederet. Quẽ

&

& tu ora, tecum vt vnà cibum ſumat, eumq́; tibi ſumendum porrigat. Quod quidem facere geſtit per venerabilis ſui Sacramenti epulum, in quo ſuo te corpore paſcit, ac viciſſim virtute ac deuotione tua paſcitur, ſicuti inter lilia: quemadmodum ſponſa eius in Salomonis cantico fatetur. 3. Diſcipulorum ſuorum incredulitatem increpaſſe: vt nos doceret, quam graue ſit peccatum non ſolum fidem abnegare, verum etiam in eadem dubitando fluctuare. Qui namque de ea ambigit, pro infideli habetur. Ora igitur DEVM, vt te in fide corroboret, eiuſque guſtum per Spiritus ſancti prudentiam tibi largiatur.

2. *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Conſidera 1. nouiſſimum CHRISTI mandatum, quod eſt, animarum lucrandarum ſtudio inſiſtere, eaſque ad ſe perducere: quippe, quas

quas pretioſo ſuo ſanguine ſibi cō-parauit. Quemadmodum opulētus quiſpiam mercator, qui in celebri aliquo emporio plurimas merces cōparans, atque ære ſuo redimens, famulos dein eas allatum mittit. Quinimo, etiam tute ipſe ad nonnullas coaceruandas merces ab eo deſtinatus es: Animas nimirum. Vnde diligenter conſiderandum tibi, num quas ei adduxeris, an potius ſubduxeris. Quiſquis enim proximorū animas perditum vadit, quas tam ingenti ſanguinis ſui pretio mercatus eſt, ſoluet vtique earum iacturam, ſiue hic, ſiue alibi 2. Quinque præclara, quæ credentium fidē conſequuntur, miracula. Quorum *primum*, virtute Sacramentorum dę-mones ex animabus ſuis eiicere; nec non & proximorum, quorum animas conuertunt. *Secundum*, linguis loqui nouis, Deum videlicet laudando ac orando, proximum vero in-

inſtruendo, &c. qui paulo ante gar-
rulitate ſua aliis offendiculo erant:
Tertium, ſerpentes tollere, paſſionũ
impetus refrenando. *Quartum* mor-
tiferum innocue venenum ebibere:
etiamſi enim aliquando noxia pro-
ferri verba animaduerterint, ſurda
id tamen aure tranſibunt. *Quintum*,
male habentibus mederi, idq; tum
eleemoſynarum ſuarum ſubuen-
tione, tum precum interceſſione,
tum inculpatæ denique vitæ ædi-
ficatione.

3. *Et Dominus quidem IESVS, poſt-
quam locutus eſt eis, adſumptus eſt in cœlũ.*
Conſidera hic 1. eum Diſcipulos
ſuos Hieroſolymâ in montem Oli-
ueti eduxiſſe, vt inde in cœlos ad-
ſcenderent. 2. faciem ſuam, vti Da-
maſcenus obſeruauit, occidentem
verſus, id eſt ad regiones noſtras, di-
rexiſſe. 3. veſtigia pedum ſuorum
etiamnum ibidem reliquiſſe. 4. cum
toto beatorum Patrum, quos è lim-
bo

Digitized by Google

bo eduxerat, agmine, cœlum poſtliminio petiiſſe. 5. Nullius adiutorio fultum, ſuapte virtute aſcendiſſe. 6. Millenos aliquot beatorũ Angelorum Spiritus honoris ergo in occurſũ eius prouolaſſe. 7. Quinas vulnerum ſuorum cicatrices ſecum in corpore geſtaſſe, quas paterno ſemper vultui pro nobis iugiter obiiceret. Ea propter lætare, & ad eius præſentiam anhelans, ante omnia curato, ne peccatorum tuorum mole prægraueris.

HODIE Chriſtus apoſtolos in montem Oliueti eductos, egregiis aliquot documentis inſtruxit; dein vero præſentibus ac cernentibus illis cum corpore & anima in cœlum glorioſus aſcendit. Nullius omnino ope ſubnixus. Hodie Patres è limbo ereptos, eò ſecum tranſtulit. Hodie Pater cœleſtis ſuper omnes creaturas ad dexteram eum ſuam ſublimi in ſolio collocauit, cœlique ac terræ Dominum conſtituit. Hodie omnes Angelorum chori eum pro Deo ac Domino

Domino ſuo acceptarunt ac adorarunt. Hodie deniq; duo Angeli apoſtolis nunciarunt, eum in cœlis manſurum, quoadusq; veniat iudicaturus viuos ac mortuos. O Domine Ieſu attrahe cor meum ſurſum ad te in cœlum: vt nihil terrenarum rerum expetens, te ſolum in cœlis affectet.

ORATIO.

Concede quæſumus Omnipotens Deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum Redemptorem noſtrum ad cœlos adſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. *Per eundem Dominum noſtrum, &c.*

FESTO DIE VENERABILIS SACRAMENTI, Euang. Ioann. 6.

1. C*Aro mea vere eſt cibus.* Conſidera *primo* ineffabilem Chriſti benignitatem, qui non contentus, nobiſcum in Spir. ſuo ſanct. permanere (vti

(vti Ioannis 14. promiſit.) Carne etiam & ſanguine ſuo in corpore & animo noſtro commorari, iiſq; nos paſcere deſiderat. 2. Chriſtum in hoc ſacramento ſuam declaraſſe omnipotentiam, ac charitatem plane infinitam. Quam ob rem, qui cum hæreticis inficias ire audet realem Chriſti in hoc ſacramento præſentiam, is & omnipotentiam eius negat, & charitatem eius minuit, & mendacem impoſtoremq́; eum efficit: vtpote cum adſeruerit, corpus id eſſe ſuum. 3. Sacramenti huius fructum: Chriſtum videlicet, veluti vitam noſtram in nobis manentẽ habere, atq; in eo ceu membra manere. Ideoque non tam ſæpe ſacramentum hoc, quam deuote & affectuoſe frequentato. Sicuti enim cibus corporalis eò & ſapit ſuauius, & nutrit copioſius, quo maiori cum appetitu ſumitur: ita quoque cœleſtis hic cibus, eo nobis opitulatur

tur effi:acius, quo maiori deuotionis ſtudio vſurpatur. Improbus nãque in venenum vertitur, & ſecundum cuiuſque diſpoſitionem operatur.

2. *Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit.* Conſidera in *primis*, Sacramentum hoc, panem nequaquam eſſe piſtorium, furno extractum, ſed cœleſtẽ, Chriſti diuinitate præditum: quæ cœleſtis eſt angelorum cibus. Cogita ergo fœlicitatem ac dignitatem tuam, qui vno eodemq́; cum Angelis alimento reficeris. An non igitur ſumma eſt irreuerentia, ad cœleſtem hanc menſam tam raro, tamq; indeuote, velut nauſeantem accedere; imo coactum quandoque potius, quam ſpontaneum ſuſcipere?

3. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Quemadmodum corpus ſine temporali alimento vitam conſeruare nequit, ita neque anima ſine

ſine hoc cibo ſpiritali: Et quidquid cibus noſtris confert corporibus, id cœleſtis hic cibus largitur animabus. Intellectum namque noſtrum diuinæ cognitionis radiis illuſtrat, voluntatem amore DEI inflammat, paſſionum impetus refrenat, ad virtutes incitat, CHRISTI ſanguine nos exornat, dæmonibus nos terribiles efficit, regnum denique cœleſte nobis reſerat. *Nota* porro ſub vna ſpecie panis, CHRISTI corpus manducari, eiuſque ſanguinem potari. Cum enim paulo ante dixiſſet; *niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in nobis*; iam ſubinfert, ac dicit: *qui manducat hunc panem, viuet in æternum*: aperte indicando in cœleſti hoc pane non carnem duntaxat ſuam eſſe ſine ſanguine, ſed vtrumque ſimul, carnem videlicet ac ſangui-

guinem, corpus & animam (eſt namque panis viuus) DEVM ac hominem: è cœlo ſiquidem deſcendit, vbi ſola eius Deitas ſine hoc corpore exiſtebat.

NOTA inſuper, quanta cum reuerentia ad hanc nos accedere menſam oporteat: ad ſacram namque aram, innumerabiles aliquot Angelorum cateruæ ſe ſiſtunt, inquit Chryſoſtomus, DEVM hîc ſuum adorantes, quem nequaquam deſerunt, quamdiu eum intra te contines. Viue ergo tam pie ac deuote, poſt auguſtiſſimi ſacramenti huius ſumptionem, vt CHRISTVS quam diutiſſime tecum maneat. Conſerua clauſtra oris tui, ac ſenſuum tuorum feneſtras obtura, ne elabatur, neve angelico ſuo cum comitatu te deſerat.

***

PROSA

PROSA SEV SEQVENTIA Diui Thomæ in laudem venerabilis Sacramenti.

1. Lauda Sion Saluatorem
Lauda ducem & paſtorem,
In hymnis & canticis.

2. Quantum potes, tantum aude
Quia maior omni laude,
Nec laudare ſufficis.

3. Laudis thema ſpecialis,
Panis viuus & vitalis,
Hodie proponitur.

4. Quem in ſacræ menſa cœnæ,
Turbæ fratrum duodenæ,
Datum non ambigitur.

5. Sit laus plena, ſit ſonora
Sit iucunda, ſit decora,
Mentis iubilatio.

6. Dies enim ſolennis agitur
In qua menſæ primo recolitur
Huius inſtitutio.

7. In

7. In hac menſa noui Regis,
Nouum Paſcha nouæ legis,
Phaſe vetus terminat.

8. Vetuſtatem nouitas,
Vmbram fugat veritas,
Noctem lux eliminat.

9. Quod in cœna Chriſtus geßit,
Faciendum hoc expreßit,
In ſui memoriam.

10. Docti ſacris inſtitutis,
Panem, vinum in ſalutis
Conſecramus hoſtiam.

11. Dogma datur Chriſtianis,
Quod in carnem tranſit panis,
Et vinum in ſanguinem.

12. Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.

13. Sub diuerſis ſpeciebus,
Signis tantum, & non rebus,
Latent res eximiæ.

14. Caro cibus, ſanguis potus,
Manet tamen Chriſtus totus,
Sub vtraque ſpecie.

Digitized by Google

15. Aſumente non conciſus,
Non confractus, non diuiſus,
Integer accipitur.

16. Sumit vnus, ſumunt mille:
Quantum iſti, tantum ille,
Nec ſumptus conſumitur.

17. Sumunt boni, ſumunt mali,
Sorte tamen inæquali,
Vitæ vel interitus.

18. Mors eſt malis, vita bonis:
Vide paris ſumptionis,
Quam ſit diſpar exitus.

19. Fracto demum ſacramento,
Ne vacilles, ſed memento,
Tantum eſſe ſub fragmento,
Quantum toto tegitur.

20. Nulla rei ſit ſciſſura.
Signi tantum ſit fractura,
Qua nec ſtatus, nec ſtatura
Signati minuitur.

21. Ecce panis Angelorum,
Factus cibus viatorum;
Vere panis filiorum
Non mittendus canibus.

22. In

22. In figuris præſignatur,
Cum Iſaac immolatur,
Agnus Paſchæ deputatur,
Datur manna Patribus.

23. Bone Paſtor, panis vere,
Ieſu noſtri miſerere:
Tu nos paſce, nos tuere
Tu nos bona fac videre,
In terra viuentium.

24. Tu qui cuncta ſcis & vales,
Qui nos paſcis hîc mortales:
Tuos ibi commenſales,
Cohæredes & ſodales,
Fac ſanctorum ciu um. Amen.

Chriſtus pridie quam pateretur accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis in cælum oculis ad Deum patrem ſuum omnipotentem, gratias agens benedixit, fregit, deditq́; Diſcipulis ſuis, dicens: accipite & manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meũ.

Simili modo, poſteaquam cœnatum eſt, accipiens præclarum calicem, ac gratias agens, benedixit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. *Transfigurans panem in corpus ſuum, vinum vero in ſanguinem. Obtulit namque hæc Patri ſuo cœleſti, in nouæ legis ſacrificiū, nobiſq; ea loco veterū omnium ſacrificiorū donauit: implens figuram ſummi regis ac ſacerdotis Melchiſedech, panem ac vinum olim immolantis, manſitq; Sacerdos in æternum ſecundum ordinem eiuſdem. CHRISTVS enim exiſtens Pontifex futurorum bonorum, ac Rex ſummus, vſque ad conſummationem ſeculi, ſuos per vicarios*

Digitized by Google

rios ac miniſtros, quos Reges ac ſacerdotes conſtituit, facultatem eis donans, ſacrificium hoc indies Pontificum inſtar conſecrandi ac immolandi, nec non & Regum more, peccata hominibus condonandi aut reſeruandi; quotidie offert panem ac vinum, in corpus ac ſanguinem ſuum tranſelementatum. Quam ob rem conſtanter in hac fide perſeuerantes, auguſtiſsimum hoc Sacramentum honoremus, adoremus, frequentemus. Tu itaque, Domine IESV, conforta nos in hac fide, ac dulcedinis tanti Sacramenti participes efficere.

ORATIO.

DEVS qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti; tribue, quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redem-

ptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. *Qui viuis & regnas, &c.*

DIE SOLENNI INVENTIONIS SANCTÆ CRVCIS, Euang. Ioan. 3.

1. N*Icodemus venit ad IESVM nocte.* Conſidera *in primis*, tantæ auctoritatis eruditioniſq; virum erubuiſſe Chriſtum eluceſcente die conuenire: de quo quidem pauperes haudquaquam erubeſcebant. Mundanus ſiquidem honor, eruditio, diuitiæ, mundum potius quã Deum ſapiunt. 2. Chriſtum tamen eum ideo non deſpexiſſe, ſed benigne magis inſtruxiſſe: condeſcẽdens penitus imperfectioni eius, ob bonæ voluntatis intentionem, ac diuinarum addiſcendarum rerum cognitionem. Ideoque quantumcunque imperfectus fueris, noli tamen verecundari, Chriſtum veritatis magiſtrum adire. 3. Chriſtum

ſuam ei oſtendiſſe inſcitiam, qui ſeipſum prudentẽ cumprimis ac ſciẽtem arbitrabatur. Mundana etenim prudentia, Chriſtianæ comparata doctrinæ, non niſi mera eſt ſtultitia.

2. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto.* Conſidera *inprimis* baptiſmi neceſſitatem, quo ſine, ſalute potiri, mortalium valet nullus. 2. ingentem illam quę baptizatis confertur rerum ſpiritalium immutationem: *Renaſcitur* enim, id eſt, anima eius nouam induit vitam, gratiam videlicet diuinam, per quam ex diaboli mancipio, genuinus Dei filius efficitur. 3. Diuini Spiritus conditionem, qui vbi vult ſpirat. Citra vllum namque meritum noſtrum, ſalutares nobis ingerit inſpirationes, ac gratiam ſingularem. Quem idcirco precare, ne iis te ſpoliet, neve te deſerat. 4. Neminem poſſe in cœlum adſcendere, niſi

Chriſtum Ieſum, qui inde huc ad nos deſcendit. Vnde eius nos contubernio, veluti famuli ac domeſtici, ſociare debemus: vbi enim Patrifamilias ingreſſus patet, ibi domeſticorum excluditur nemo. 5. Chriſtum ea de cauſſa tam ſublimem conſcendendi locum promeruiſſe, quod tam alte deſcenderit, atque in tantum ſeſe pro nobis humiliauerit. Ea propter ſi à Deo exaltari deſideras, quantum potes te dimitte. Prout enim tua fuerit demiſſio, ſic & erit exaltatio.

3. *Et quemadmodum Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto.* Conſidera *inprimis*, æneum in heremo exaltatum ſerpentem, Chriſti in Crucem acti figuram extitiſſe. Omnis enim expers fuit veneni ac peccati. Quẽadmodum æneus ille ſerpens, nullo imbutus veneno, omnibus quotquot in eum oculos reuerenter cõiiciebant ſanitatem conferebat corporum;

porum; Sic & Chriſtus ipſe, quotquot paſſionis eius memoriam grate recolunt, ſanitatem confert animorum. *Dein* vero figura erat imaginum crucis Chriſti, quarum tamen intuitu multo efficacius, Dei pro nobis crucifixi, memoria quàm ænei ſerpentis aſpectu, refricatur. Vnde hinc diſces imagines ſanctæ crucis in honore habere, ac Chriſtũ in iis deſignatum adorare: necnon & res tuas, adeoq; & te ipſum frequenter iis conſignare. Propellit namque cacodæmones, quorum vires eius virtute labefactatæ penitus ac contritæ ſunt.

Conſidera 2. omnem ſalutis noſtræ rationem ex cruce promanare, nõ ob lignum duntaxat, ſed ob necem, quam in ea CHRISTVS obiit. Ideo haud contentus ſæpe imaginem crucis formare, honorare, adorare, debes etiam libens inſuper gaudenſque aduerſa cum Chriſto

Digitized by Google

tolerare, tuoſque cruciatus ac dolores per crucem cum ipſo vnire ac ſociare. Tu ô Domine IESV, pro nobis crucifixe, propicius nobis eſto, noſque ſacratiſſimæ tuæ crucis meritorum participes efficito.

Sanctiſſima imperatrix Helena, hodierna die lignum ſanctæ crucis reperit. Cum enim in monte Caluariæ foſſ oni inſiſteret, ternas ibidem cruces inuenit, ac ſeorſim etiam titulum. Verum ignara, quænam vera crux Domini eſſet, mulieris cuiuſdam, iam morti propinquæ, ſanitate, didicit. Vnde viſendæ magnitudinis templum eodem in loco erexit, eiuſque filius Conſtantinus, ne quis de cætero in crucem ageretur, edicto cauit. Adoramus ergo te Chriſte Ieſu, qui per ſanctam tuam crucem redemiſti mundum, cuius virtute ab hoſtium nos tuere clementer inſidiis.

ORATIO.

Deus qui in præclara ſalutiferæ crucis inuentione, paſſionis tuæ mira-

miracula ſuſcitaſti; concede vt vitalis ligni precio, æternæ vitæ ſuffragia conſequamur. *Qui viuis & regnas, &c.*

COMPENDIOSÆ ALIquot Meditatiunculæ, ſuper præcipuis ſolemnitatibus B. VIRGINIS MARIÆ, *aliorumque nonnullorum præcipuorum Sanctorum annuatim occurrentium.*

Adiunctis etiam Orationibus.

De Octo ſolemnitatibus glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ.

DIE FESTO CONCEPTIONIS EIVS, EVANGEL. Matth. I.

1. L*Iber generationis IESV Chriſti, filii Dauid, filii Abraham.* Nota duos fuiſſe Euangeliſtas, qui Chriſti or-

tum ac progeniem literis conſignarunt: quorum primus Matthæus, Lucas alter. Ille quidem deſcendendo ab Abraham per Patriarcharum, Prophetarum, Regum, aliorumq; aliquot ignotorum ſtemmata ſeriẽ pertexit: enumerando etiam fœminas quaſdam, non ſatis probatæ aut inculpatæ vitæ: adiungendo ſimul ex altero latere filios Iacobi & Iechoniæ, ac Babylonicæ captiuitatis mentionem faciendo. Quatenus nos 1. doceat, Chriſtum in hunc mundum pro quouis hominum genere, veniſſe; bonis, malis; nobilibus, ignobilibus; diuitibus, pauperibus; gentibus, Iudæis; viris, mulieribus; nemine penitus excepto. 2. vt ſi quis Chriſti velit particeps effici meritorum, ad hoc operam nauet, quatenus Chriſti ſe generationi, id eſt, ſanctæ matri Eccleſiæ, inſerat, ac ſanctorum communione gaudeat. Lucas vero aſcendendo

do ad Deum, præfatæ generationis ſeriem perducit.

2. *Dauid autem rex genuit Salomonem.* Conſidera *inprimis*, quindecim hîc enumerari reges: quorum octo mali, ſeptem boni extitêre: qui tamen & ipſi nonnihil contra diuinæ legis præcepta deliquêre. Vt hinc diſcamus, opes, honores, voluptates, atque id genus alia, quibus reges affluunt, haud ſine peccati eſſe contagio: poſt quæ diuina ſoleat vltio ſubſequi, quemadmodum Babylonica hoc loco captiuitas. Tres autem reges ex hac Patrum ſerie excluduntur; vtpote Ochozias, Ioas, Amaſias: quod Ioram immiſcuerat ſeſe generi impiiſſimæ Ieſabelis, ducta in vxorem eius filia. Quatenus diſcas, diſplicere magnopere ſupremo Regi omnem cum impiis conuerſationem atque affinitatem; potiſſimum vero infidelĩũ, gentilium, Iudæorum, hæreticorum.

3. *Iechonias genuit Salathiel.* Conſidera iam nunc de cætero incertos nonnullos numerari homines: qui tamen Chriſto propinquiores præfatis regibus extiterint. Quemadmodum enim hominibus voluptate affluentibus miſeria eſt proxima: ita qui coram mundo egeni, ignoti deſpectique ſunt, multo melius ad ſuſcipiendum Chriſtum qualificati reperiuntur. Nullus porro in hac Patrum ſerie Chriſto eſt vicinior coniunctiorque, quam ſacratiſſima Virgo MARIA: ideo nunc cæteris omnibus creaturis eminẽtior, quod libens volenſque cunctis ſe poſtponere ſtuduerit.

Hodie beatiſſima Virgo MARIA, Dei genitrix ſine vllo originalis peccati contagio, in vtero matris ſuæ con epta eſt. Ioachimus namque cum in celebri encæniorum feſto Hieroſolymam adorandi gratia veniſſet, velletque ſupplex ſacram ad aram munus offerre, repulſam paſſus eſt ab Iſacar ſacerdote cum ignominia, quaſi indignus

foret longam ob ſterilitatem, qui patrum ac fœcundorum hominum more eum locum accederet. Qua repulſa mœſtiſsimus Ioachim, nec ferens præpudore ciuium conſpectum ſuorum, ad caulas ſeciſſet, & cum paſtoribus commorans, aſsiduis Deum precibus interpellauit, eam vt abs ſe ignominiam profligaret. Itaque Angelus Domini Ioachimo ſe conſpiciendum exhibuit, ac bono eum animo eſſe iuſsit, dicens preces eius à Deo exauditas eſſe, filiamq́ propediem ex ſe ac coniuge ſua procreandam, quæ Saræ ac Rachelis prolem myſterii magnitudine longe ſuperaret. Quod & vxori ſuæ Annæ deinde manifeſtauit: quæ hodierna luce ſacrat ſ mam hanc virginē in vtero cōcepit. Impetra mihi ô Domina à filio tuo, conuenientem te honorandi orandiq́ modum, vt que contra tuos hoſtes, Chriſtianos probe inſtituam, elargire.

ORATIO.

Filii tui, quæſumus Domine nobis ſuccurrat humanitas, vt qui natus ex virgine, matris virginitatem non

non minuit, ſed ſacrauit, in ſolemnitate conceptionis eius, noſtra nobis peccata dimittat; noſtraſque ſibi preces acceptas faciat. *Per eundem, &c.*

IN NATIVITATE EIVS, Euangel. Matth. 1.

1. L*Iber generationis Ieſu Chriſti.* Conſidera Lucam Chriſti generationem, ad Deum vſque aſcendendo, per ſeptuaginta ſeptem generationes perduxiſſe: quatenus *inprimis* nos doceret, quod adiuti ope Chriſti, ad Diuinæ maieſtatis præſentiã accedere valeamus: non ſolum Iudæi, ſed etiã gentiles, qui ante Abrahæ tempora extitêre. 2. Vitæ noſtræ momenta perbreuia eſſe, ac citiſſime præterlabi, tradẽdo hęc ſublunaria omnia obliuioni. quotquot enim hîc enumerantur, fuêre olim celeberrimi: quorum tamen memoria ac res olim geſtæ nunc deperiêre,

riêre, niſi quod ſcriptura nomina duntaxat eorum commemoret: quod & breui nobis eueniet.

2. *Dauid autem Rex genuit Salomonem.* Deſcendendo in mundum, honores, opes ac dignitates inibi conſpiciuntur: aſcendendo vero ad Deum, nullus earum rerum reſpectus habetur. Qui namque cœlum ſcandere cogitat, ac ſuperas contendere ad auras, miſſa hæc mundana omnia facere debet. Ea propter nō adiicitur ab Euangeliſta Luca Regiæ dignitatis titulus: Vtpote, cum Deus honorum ac dignitatum noſtrarum, nullum ſit habiturus reſpectum, ſed ſecundum quod geſſimus in corpore, ſiue bonum, ſiue malum, nos iudicaturus.

3. *Ioſeph virum Mariæ.* Nota beatiſſimæ virginis huius progeniem non perceuſeri, ſed Ioſephi coniugis ſui. Conſuetudo namque ſcripturæ apud Iudæos fuit, earum quæ matri-

matrimonio iunctæ erant mulierũ genealogiam non pertexere, vnde hic *in primis* conſiderabis eximiam virginis huius humilitatem, quæ maritum ſuum libens volenſq; ſibi præpoſuit. 2. Clementem diuinæ bonitatis largitatem, tanta honoris prærogatiua Ioſephum condecorantem, dignum vt eum cenſeat, qui genitricis Dei vir nominetur ac reputetur, pater ſcilicet putaticius Chriſti Saluatoris: quemadmodum vitricus quiſpiam nominatur parens liberorum vxoris ſuæ. Quidquid igitur Chriſto, ſiue matri eius beneficii obſequiique præſtiteris, ſua nullatenus mercede priuabitur.

Hodie beatiſſima Virgo MARIA, *vnica ſanctiſſimæ Annæ filia*, Nazarethi *eodem in conclaui in lucem edita eſt, in quo poſt quindecim annorum decurſum filium* Dei, *Angelo nunciante, concepit.* Hodie *præfulgida ſtella maris ac* Lucifer *ſeſe exerit, ex præclaro* Regum *ac* Prophetarum *ſtemmate*

origi-

originem trahens, vitæ ſanctimonia, atque animæ pulchritudine ſideribus lucidior. Hodie Angelici omnes lætantur chori, aſpicientes ac honorantes futuram Dei genitricem; per quam vacantia cœleſtis regni ſedilia occupanda forent, ac miſerabilis Angelorum ruina reparanda. Hodie merito nobis exultandum de Regina noſtra, ac mediatrice inter filium ſuum ac humanum genus, dicendumq; O virgo veneranda, ac caſtiſſima Dei genitrix, immaculata natiuitas tua toto terrarum Orbi ingentem attulit lætitiam: tibi namque ſol iuſticiæ Chriſtus Ieſus, Deus ac homo, natus eſt, qui ſublato æternæ maledictionis opprobrio, omni nos benedictione cumulauit: ac deuicto mortis aculeo, credētibus regna cœlorum aperuit. ORATIO.

Famulis tuis quæſumus Domine cœleſtis gratiæ munus impartire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordiū, natiuitatis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum. *Per Dominum noſtrum, &c.*

IN

Digitized by Google

Chriſtum Ieſum, qui inde huc ad nos deſcendit. Vnde eius nos contubernio, veluti famuli ac domeſtici, ſociare debemus: vbi enim Patrifamilias ingreſſus patet, ibi domeſticorum excluditur nemo. 5. Chriſtum ea de cauſſa tam ſublimem conſcendendi locum promeruiſſe, quod tam alte deſcenderit, atque in tantum ſeſe pro nobis humiliauerit. Ea propter ſi à Deo exaltari deſideras, quantum potes te dimitte. Prout enim tua fuerit demiſſio, ſic & erit exaltatio.

3. *Et quemadmodum Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto.* Conſidera *inprimis*, æneum in heremo exaltatum ſerpentem, Chriſti in Crucem acti figuram extitiſſe. Omnis enim expers fuit veneni ac peccati. Quẽadmodum æneus ille ſerpens, nullo imbutus veneno, omnibus quotquot in eum oculos reuerenter cõiiciebant ſanitatem conferebat corporum;

porum; Sic & Chriſtus ipſe, quotquot paſſionis eius memoriam grate recolunt, ſanitatem confert animorum. *Dein* vero figura erat imaginum crucis Chriſti, quarum tamen intuitu multo efficacius, Dei pro nobis crucifixi, memoria quàm æ nei ſerpentis aſpectu, refricatur. Vnde hinc diſces imagines ſanctæ crucis in honore habere, ac Chriſtũ in iis deſignatum adorare: necnon & res tuas, adeoq; & te ipſum frequenter iis conſignare. Propellit namque cacodæmones, quorum vires eius virtute labefactatæ penitus ac contritæ ſunt.

Conſidera 2. omnem ſalutis noſtræ rationem ex cruce promanare, nõ ob lignum duntaxat, ſed ob necem, quam in ea CHRISTVS obiit. Ideo haud contentus ſæpe imaginem crucis formare, honorare, adorare, debes etiam libens inſuper gaudenſque aduerſa cum Chriſto

Digitized by Google

tolerare, tuoſque cruciatus ac dolores per crucem cum ipſo vnire ac ſociare. Tu ô Domine IESV, pro nobis crucifixe, propicius nobis eſto, noſque ſacratiſſimæ tuæ crucis meritorum participes efficito.

Sanctiſſima imperatrix Helena, hodierna die lignum ſanctæ crucis reperit. Cum enim in monte Caluariæ foſſioni inſiſteret, ternas ibidem cruces inuenit, ac ſeorſim etiam titulum. Verum ignara, quænam vera crux Domini eſſet, mulieris cuiuſdam, iam morti propinquæ, ſanitate, didicit. Vnde viſendæ magnitudinis templum eodem in loco erexit, eiuſque filius Conſtantinus, ne quis de cætero in crucem ageretur, edicto cauit. Adoramus ergo te Chriſte Ieſu, qui per ſanctam tuam crucem redemiſti mundum, cuius virtute ab hoſtium nos tuere clementer inſidiis.

ORATIO.

Deus qui in præclara ſalutiferæ crucis inuentione, paſſionis tuæ mira-

miracula ſuſcitaſti; concede vt vitalis ligni precio, æternæ vitæ ſuffragia conſequamur. *Qui viuis & regnas, &c.*

COMPENDIOSÆ ALIquot Meditatiunculæ, ſuper præcipuis ſolemnitatibus B. VIRGINIS MARIÆ, *aliorumque nonnullorum præcipuorum Sanctorum annuatim occurrentium.*

Adiunctis etiam Orationibus.

De Octo ſolemnitatibus glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ.

DIE FESTO CONCEPTIONIS EIVS, EVANGEL. Matth. 1.

1. L*Iber generationis IESV Chriſti, filii Dauid, filii Abraham.* Nota duos fuiſſe Euangeliſtas, qui Chriſti or-

tum ac progeniem literis conſignarunt: quorum primus Matthæus, Lucas alter. Ille quidem deſcendendo ab Abraham per Patriarcharum, Prophetarum, Regum, aliorumq; aliquot ignotorum ſtemmata seriẽ pertexit: enumerando etiam fœminas quaſdam, non ſatis probatæ aut inculpatæ vitæ: adiungendo ſimul ex altero latere filios Iacobi & Iechoniæ, ac Babylonicæ captiuitatis mentionem faciendo. Quatenus nos 1. doceat, Chriſtum in hunc mundum pro quouis hominum genere, veniſſe; bonis, malis; nobilibus, ignobilibus; diuitibus, pauperibus; gentibus, Iudæis; viris, mulieribus; nemine penitus excepto. 2. vt ſi quis Chriſti velit particeps effici meritorum, ad hoc operam nauet, quatenus Chriſti ſe generationi, id eſt, ſanctæ matri Eccleſiæ, inſerat, ac ſanctorum communione gaudeat. Lucas vero aſcendendo

do ad Deum, præfatæ generationis ſeriem perducit.

2. *Dauid autem rex genuit Salomonem.* Conſidera *inprimis*, quindecim hîc enumerari reges: quorum octo mali, ſeptem boni extitêre: qui tamen & ipſi nonnihil contra diuinæ legis præcepta deliquêre. Vt hinc diſcamus, opes, honores, voluptates, atque id genus alia, quibus reges affluunt, haud ſine peccati eſſe contagio: poſt quæ diuina ſoleat vltio ſubſequi, quemadmodum Babylonica hoc loco captiuitas. Tres autem reges ex hac Patrum ſerie excluduntur; vtpote Ochozias, Ioas, Amaſias: quod Ioram immiſcuerat ſeſe generi impiiſſimæ Ieſabelis, ducta in vxorem eius filia. Quatenus diſcas, diſplicere magnopere ſupremo Regi omnem cum impiis conuerſationem atque affinitatem; potiſſimum vero infidelīū, gentilium, Iudæorum, hæreticorum.

3. *Iechonias genuit Salathiel.* Conſidera iam nunc de cætero incertos nonnullos numerari homines: qui tamen Chriſto propinquiores præfatis regibus extiterint. Quemadmodum enim hominibus voluptate affluentibus miſeria eſt proxima: ita qui coram mundo egeni, ignoti, deſpectique ſunt, multo melius ad ſuſcipiendum Chriſtum qualificati reperiuntur. Nullus porro in hac Patrum ſerie Chriſto eſt vicinior coniunctiorque, quam ſacratiſſima Virgo MARIA: ideo nunc cæteris omnibus creaturis eminétior, quod libens volenſque cunctis ſe poſtponere ſtuduerit.

Hodie beatiſſima Virgo MARIA, Dei genitrix ſine vllo originalis peccati contagio, in vtero matris ſuæ concepta eſt. Ioachimus namque cum in celebri encæniorum feſto Hieroſolymam adorandi gratia veniſſet, velletque ſupplex ſacram ad aram munus offerre, repulſam paſſus eſt ab Iſacar ſacerdote cum ignominia, quaſi indignus

Digitized by Google

foret longam ob ſterilitatem, qui patrum ac fœcundorum hominum more eum locum accederet. Qua repulſa mœſtiſsimus Ioachim, nec ferens præ pudore ciuium conſpectum ſuorum, ad caulas ſeciſſet, & cum paſtoribus commorans, aßiduis Deum precibus interpellauit, eam vt abs ſe ignominiam profligaret. Itaque Angelus Domini Ioachimo ſe conſpiciendum exhibuit, ac bono eum animo eſſe iußit, dicens preces eius à Deo exauditas eſſe, filiámq; propediem ex ſe ac coniuge ſua procreandam, quæ Sara ac Rachelis prolem myſterii magnitudine longe ſuperaret. Quod & vxori ſuæ Annæ deinde manifeſtauit: quæ hodierna luce ſacrat. ß mam hanc virginẽ in vtero cõcepit. Impetra mihi ô Domina à filio tuo, conuenientem te honorandi orandiq; modum, vt que contra tuos hoſtes, Chriſtianos probe inſtituam, elargire.

ORATIO.

Filii tui, quæſumus Domine nobis ſuccurrat humanitas, vt qui natus ex virgine, matris virginitatem non

non minuit, ſed ſacrauit, in ſolemnitate conceptionis eius, noſtra nobis peccata dimittat, noſtraſque ſibi preces acceptas faciat. *Per eundem, &c.*

IN NATIVITATE EIVS, Euangel. Matth. 1.

1. L*Iber generationis Ieſu Chriſti.* Conſidera Lucam Chriſti generationem, ad Deum vſque aſcendendo, per ſeptuaginta ſeptem generationes perduxiſſe: quatenus *inprimis* nos doceret, quod adiuti ope Chriſti, ad Diuinæ maieſtatis præſentiã accedere valeamus: non ſolum Iudæi, ſed etiã gentiles, qui ante Abrahæ tempora extitêre. 2. Vitæ noſtræ momenta perbreuia eſſe, ac citiſſime præterlabi, tradẽdo hęc ſublunaria omnia obliuioni. quotquot enim hîc enumerantur, fuêre olim celeberrimi: quorum tamen memoria ac res olim geſtæ nunc deperiêre,

riêre, niſi quod ſcriptura nomina duntaxat eorum commemoret: quod & breui nobis eueniet.

2. *Dauid autem Rex genuit Salomonem.* Deſcendendo in mundum, honores, opes ac dignitates inibi conſpiciuntur: aſcendendo vero ad Deum, nullus earum rerum reſpectus habetur. Qui namque cœlum ſcandere cogitat, ac ſuperas contendere ad auras, miſſa hæc mundana omnia facere debet. Ea propter nõ adiicitur ab Euangeliſta Luca Regiæ dignitatis titulus: Vtpote, cum Deus honorum ac dignitatum noſtrarum, nullum ſit habiturus reſpectum, ſed ſecundum quod geſſimus in corpore, ſiue bonum, ſiue malum, nos iudicaturus.

3. *Ioſeph virum Mariæ.* Nota beatiſſimæ virginis huius progeniem non percenſeri, ſed Ioſephi coniugis ſui. Conſuetudo namque ſcripturæ apud Iudæos fuit, earum quæ matri-

originem trahens, vitæ ſanctimonia, atque animæ pulchritudine ſideribus lucidior. Hodie Angelici omnes lætantur chori, aſpicientes ac honorantes futuram Dei genitricem; per quam vacantia cœleſtis regni ſedilia occupanda forent, ac miſerabilis Angelorum ruina reparanda. Hodie merito nobis exultandum de Regina noſtra, ac mediatrice inter filium ſuum ac humanum genus, dicendumq́; O virgo veneranda, ac caſtiſſima Dei genitrix, immaculata natiuitas tua toto terrarum Orbi ingentem attulit lætitiam: tibi namque ſol iuſticiæ Chriſtus Ieſus, Deus ac homo, natus eſt, qui ſublato æternæ maledictionis opprobrio; omni nos benedictione cumulauit: ac deuicto mortis aculeo, credẽtibus regna cœlorum aperuit. ORATIO.

Famulis tuis quæſumus Domine cœleſtis gratiæ munus impartire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordiũ, natiuitatis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum. *Per Dominum noſtrum, &c.*

IN

IN PRÆSENTATIONE EIVS, EVANGEL. Lucæ 11.

1. *Loquente Ieſu ad turbas.* Obſerua, Chriſtum multo libentius turbas ſeu plebeios homines affari ſolitum, quam magnates: quippe, cum tenuioris fortunæ homines magis diuinorum ſint capaces ſermonum, quam opulentiores: ideoque dicit, *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei.* Itemque; væ vobis diuitibus. Quemadmodum enim lutum terræ corpus contaminat, ita quoque rerum temporalium contagio inquinatur anima: omnia quippe quæ mundus largitur, non niſi vana ac inania ſunt.

2. *Extollens vocem quadam mulier de turba.* Deus vult, vt ad eum clamemus: idque non tam vocis vſu, quã pio cordis affectu. Sæpe enim non exaudimur, nec voti compotes redimur,

dimur, quod tepidè oremus in rebus ſalutem vel maximè cõcernentibus, quaſi nequaquam cordi nobis forent. Tuos igitur conſidera & obſerua defectus, infirmitates, pericula, ſicque occaſionem habebis feruentius Deum orandi.

3. *Beatus venter, qui te portauit.* Si beatus eſt venter genitricis Dei, quod Chriſti corpus portauerit, debemus vtique & nos condigne nos præparare ad ſuſcipiendum frequẽter ſacratiſſimum hoc corpus. Ingens ſiquidem ſalus ac benedictio inde tum in corpus tum in animam noſtram redundabit. Per hoc à prauis viciorum paſſionibus liberabimur, ac contra quoſuis diabolicarum tentationum inſultus roborabimur.

Hodie beatiſſima Virgo MARIA, à parentibus ſuis Ioachim & Anna, Deo triennis eſt oblata, vt eidem in omni vitæ ſanctimonia inibi deſeruiret. Animaduertentes

tes ſiquidem parentes natam ſuàm nulla de re alia, quam de diuini numinis cultu ac honore mentionem facere, hinc optime ſe facturos arbitranti ſunt, ſi diuino eam obſequio perpetuo mancipatam irent. Hinc templi gradus ter quinos alacriter infantula conſcendens, ſummo eſt commendata Sacerdoti qui eam deinde Annæ Prophetiſſæ inſtituendam commendauit, abs qua in omni pietatis genere quam ſanctiſſime eſt enutrita ac erudita: multo tamen amplius à beatiſſimis Angelorum ſpiritibus, qui ſæpe numero eam inuiſentes, de cœleſtibus cum ea rebus ſermocinati ſunt Hanc igitur cum *B. Auguſtino precare, ac dicito: Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillan mes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam commemorationem.*

ORATIO.

DEVS qui beatam Mariam ſemper Virginem, Spiritus ſancti habitaculum,

taculum, hodierna die in templo præſentari voluiſti: præſta quæſumus, vt eius interceſſione in templo gloriæ tuæ præſentari mereamur. *Per Dominum noſtrum, &c. in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti, &c.*

IN ANNVNCIATIONE EIVS, EVANG. LUC. I.

1. M*iſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, &c.* Conſidera in hac legatione perſonā *inprimis* mittentis & miſſi, dein virginem ad quam mittitur, ſponſum quoq; virginis, amborūq; genus: tum etiam ciuitatem ac regionem, propriis hîc deſignari nominibus: quatenus miſſionis huius dignitatem, exploratius cognitam habeamus. Conſidera igitur. 1. ineffabilem omnipotentis DEI miſericordiam, qui tunc vel maxime ſalutis noſtræ memor extitit, quando eius rei ſumma apud nos obliuio.

2. in-

2. Inſignem eius prudentiam, qui per teneræ ætatis adoleſcentulam hanc nobis impertiri ſalutem voluit. 3. Angeli, quam erga virginem hanc qua verbis qua moribus exhibuit, reuerentiam. 4. Verba denique ſalutationis, quorum quodlibet peculiarem quandam emphaſin habet.

2. *Quomodo fiet iſtud?* Conſidera *inprimis* prudentiam virginis huius, prius tacite ſecum, quid locutura eſſet meditantis. 2. humilem eius interrogationem, reſignationis plenam, etiamſi caſtitatis voto obligata foret. 3. Profundũ, de diuinæ incarnationis myſterio, Angeli reſpõſum: quã Deus, vtpote omnipotens, per charitatem, quæ Spiritus ſanctus eſt, vnà cum Filio, æterna videlicet Patris ſapientia, operaturus erat ac impleturus. Vnde nullum vnquam opus deſignatum eſt tam potens, tam ſapiens, tamque ſalutare

re hominum generi vniuerſo.

3. *Ecce ancilla Domini.* Conſidera *imprimis* humilitatē beatiſſimæ Virginis, quæ in matrem Domini cooptata, ancillam ſe tamen nuncupat. 2. Diuini numinis bonitatem, Virginis aſſenſum præſtolantis. 3. reuerentiæ obſequium, quo ſanctiſſimæ huic virgini deuincti obligatique ſumus: cuius conſenſus Deum hominem effecit.

Hodie magnus ille Archangelus Gabriel à Deo ex ſublimi cœlo miſſus eſt in Nazareth, vt futuram Dei matrem illic indagaret, eamque ſanctiſsimæ Trinitatis nomine perquam reuerenter conſalutaret. Quam quidem in ſecretiori orantem conclaui repperit: quod poſtmodum ſub annum Domini 1296. *angelicis Lauretum manibus translatum eſt. In hoc ſiquidem precibus meditationibuſq; intenta, de Chriſti in mundum aduentu ſedulo ſecum cogitabat. Ingreſſus igitur ad eam, verecundè ſecus oſtium ſubſiſtebat, conſalutans eam, quæ ad*

alterum cubili latus meditationi inſiſtebat. Hodie potior Angelicæ orationis pars è cœlo ad nos perlata eſt, in qua Diua Virgo tribus præclaris exornatur titulis; nempe quod ſit gratia plena, quod Dominum habeat ſecum, quodque inter mulieres ſit benedicta: id eſt, virtutum chariſmatibus plena, Dei mater, ac cœli terraq; Regina. Hodie Deus à B. Virgine conſenſum petiit, eius vt fieret filius: quo accepto, Verbum Dei quantocius incarnatum eſt, adſumens in vtero eius humanam naturam: exiſtens in vna eademq; perſona Deus & homo. Eandem igitur hanc ſalutationem Beato cum Athanaſio identidem vſurpantes, dicamus: ad te clamamus, recordare noſtri ſanctiſſima Virgo; quæ etiam à partu Virgo permanſiſti, Aue gratia plena; Dominus tecum: beatam te prædicant omnium Angelorum, & terreſtrium hierarchiæ. Intercede hera, & Domina, & Regina, & mater Dei pro nobis.

ORATIO.

Deus qui de beatæ Mariæ Virginis

nis vtero, verbum tuum, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti; præſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercesſionibus adiuuemur. *Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.*

IN VISITATIONE EIVS, Euangel. Luc. 1.

1. EXurgens *M ARIA abiit in montana cum f ſtinatione.* Conſidera *in primis*, verbum Dei haudquaquam otioſum in beatiſſima Virgine fuiſſe, aut moras traxiſſe, ſed mox operari cœpiſſe: neſcit enim tarda molimina, Spiritus ſancti gratia. 2 amorem Dei ad auxilium proximorum inflammare, nec laboribus vllis parcere. 3. ſincerum Dei amatorem libenter admodum in quoduis proximorum obſequium ſe impendere, quemadmodum B. Virgo MA-

RIA alacriter ad cognatæ ſuæ ſeruitium aduolauit.

2. *Benedicta tu inter Mulieres.* Conſidera *inprimis* verbi energiam diuini, quod à Virgine prolatum, per Eliſabethæ corpus, ad Ioannem vſque infantulum, materno adhuc in vtero vagientem peruenire valuit: tam prolem quam matrem Spiritus ſancti gratia affatim implens. 2. Ex abundantia cordis os loqui: quēadmodum vas vini, odorem vini redolet. 3. Spiritum ſanctum hoc loco, quidquid Angelicæ deerat ſalutationi, ſuppleſſe: vt in gratiam ac honorem beatiſſimæ Virginis frequenter eam vſurpemus, atq; interdiu identidem iteremus.

3. *Magnificat anima mea Dominum.* Conſidera *inprimis*, ſacratiſſimam hanc virginem rariſſime admodum cum hominibus locutam, idque verbis etiam pauciſſimis, cum Deo autem ſermones habuiſſe tum frequen-

quentes tum bene longos, vti conſtat ex præſenti hoc cãtico. 2. Deum oportere in animis noſtris magnificari, ac in Spiritu noſtro, tanquam in ſalutari ſuo, exultare. Inde namque tota noſtrorum colluuies peccatorum, quod tam parui Deum æſtimantes, in temporalibus potius quam in ſpiritalibus delectemur. 3. Obligatos nos eſſe, ad honorandum Dei genitricem: vtpote, cum ipſamet diuini Spiritus inſtinctu, fieri id oportere prænunciet. Eius autem honor in ea conſiſtit, vt pro immaculata Dei matre eam libentes agnoſcamus: eam *inprimis* ſinceṙa cum fiducia orantes, nec vllatenus ambigentes, quin ſuum apud filium, noſtri nos voti ſit factura compotes. *Deinde*, certum aliquod obſequii genus eidem exhibentes: boni aliquid eius amore peragendo, atque ab hoc vel illo malo deſiſtendo. *Tum deniq;* eam in omni-

bus, ceu patronam noſtram, inuocando.

ORATIO.

DEVS qui ſalutis æternæ beatæ MARIÆ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti; tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: *Qui tecum viuit & regnat, &c.*

IN FESTO PVRIFICATIONIS EIVS, EVANG. Luc. 2.

1. P*Oſtquam impleti ſunt dies purificationis* MARIÆ. Conſidera *in primis* demiſſam illam beatiſſimæ Virginis obedientiam, quæ etſi pura ac incontaminata foret, maluit tamẽ, vt diuinæ faceret voluntati ſatis, maculata cenſeri. 2. eximiam eius paupertatem; quomodo, cum rei familiaris inopia preſſa, emendi agni

Digitized by Google

agni facultatem non haberet, duntaxat par turturum obtulerit. 3. Quã accepta fuerit Deo, hæc pro filio eius data oblatio, quam B. Virgo eidem hodie præſentauit. Ita & tu quoque pari deuotionis affectu, in ſacroſancto Miſſæ officio, eundem Deo Patri offerto: vtpote, cum inibi eadem ſit oblatio.

2. *Simeon accepit eum in vlnas ſuas.* Chriſtus per fidem ac dilectionem intimum cordis locum occupare geſtit; in vlnis vero, per virtutum actiones, quieſcere. Et dexterum quidem brachium proſpera; ſiniſtrum, aduerſa ſignificat. Tu vero operam dato, in vtroque vt apud te conquieſcat: quatenus, neque in proſperis nimium extollaris; neq; in aduerſis plus æquo deprimaris. Quod ſi ita feceris, licebit cum Simeone ad alteram quam tutiſſime vitam adſpirare.

3. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domi-*

ne. Quatuor hîc conſidera, de Chriſto pronunciata: quorum *primum eſt*, eum eſſe Dei *ſalutare*, ad humani generis ſalûtem procurandam, à Deo miſſum. 2. Idem hoc ſalutare gentibus omnibus cognitum iri. 3. Lumē eſſe, quod per fidem illuminet omnem hominem; venientē in hunc mundum. 4. Gloriam eſſe plebis Iſrael. Per eius ſiquidem gratiam in hoc quidem mundo, magnam animarum gloriam ac pulchritudinem acquirimus; poſtmodum vero ſempiterna eius gloria potiemur. Eam ob rem teipſum iam diſcutiens, vide num eius in anima tua ſalutarem cognitionem ac gloriam perſentiſcas.

Hodie ſacratiſſima Dei genitrix, quadrageſimo poſt partum die, ſuo cum infantulo ex Bethleemitica caſa Hieroſolymam concedens, eundem Patri ſuo in templo ſtitit, offerens pro eo praſcriptam in lege hoſtiam: par turturum videlicet, aut duos

pullos.

pullos columbarum. Et quidem ad ſpectaculum hoc confluebant, diuino ſcilicet ſpiritu exciti, omnes quotquot ea in vrbe ſincero cum deuotionis fideiq; affectu, Meſſiæ aduentum præſtolabantur. Quos inter ſenex ille Simeon, & Anna prophetiſſa erant. Hodie eorum alter accepit puerum in vlnas ſuas, & in diuinæ laudis præconium erumpens, cygneum concinuit cantum, dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. *Hodie idem hic Simeon tam Ioſepho quam Maria benè precatus, futurum prædixit, quod alma Dei parens, ob hunc fructum vteri ſui, doloris gladio tranſuerberanda foret, quodque idem ille fructus plurimorum in ruinam ac reſurrectionem poſitus eſſet. Tu porro eandem hanc Dei genitricem orato, puerum vti ſuum geſtandum conſeruandumq; tibi porrigat: quem feruenti diuini numinis amore in corde tuo iugiter circumferas: & per præclaras virtutum exercitationes, in vlnis tuis baiules. Quin & benedictum hodie*

cereum, tuis nolito fruſtra manibus geſtare, ſed potius quod per eum myſtice denotatur, adimplere ſtudeto. Significat enim, tibi operam eſſe nauandam, vt Chriſtum eiuſque ardentem charitatem, ſemper in corde tuo circumferas, ac tuis in operibus demonſtres.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicuti vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. *Per eundem Dominum, &c.*

IN SOLEMNI ASSVMPTIONE EIVS, EVANG. Lucæ 10.

IN*trauit IESVS in quoddam caſtellum.* Conſidera mundum hunc ſublunarem non eſſe niſi exiguum aliquod caſtellum aut oppidulum: in

quo

quo ruſticana duntaxat, ac nullius momenti, ſupellex in vſu ſit. Cœlum vero præclarum eſſe palatium, atque auguſtiſſimum diuinæ maieſtatis domicilium. Ex quo vnigenitus Dei filius, humanę adſumpturus naturæ fragilitatem, tanquam ſponſus de thalamo, proceſſit. In cœleſtis igitur aulæ pulchritudinē oculos coniice, ac viles ruſticorum caſas deſpice: qui ſtramineas ſuas ædiculas, ſumptuoſis ſplendidiſq; Regum domiciliis, quæ oculis nunquam vſurparunt, præferunt.

2. *Et mulier quædam Martha excepit illum in domum ſuam.* Mulier hæc, ſacratiſſimam Dei genitricem ſignificat, quæ ceu Martha, filium Dei excepit; Mariæ verò inſtar ſermones eius in ſilentio audiuit. Erat enim & amore feruida, & præclaris maximarum virtutum, per quas ad ſe Chriſtum pertraxit, opibus inſtructa. Vnde & nullum tum ſeruien-

di ei, tum proximis opitulandi, finem faciebat. Vnde etiam amantiſſimum DEI filium intra virginei corpuſculi ſui domicilium hoſpitio excipere meruit, atq; ingenti cordis dulcedine repleri. Tu itaq; ſi Chriſtum in animæ tuæ ſolacium adſciſcere tibi cupis, ac debita cum deuotione hoſpitio excipere, plurimis ad honorem Dei bonis operibus inſiſte, atque in proximorum obſequio nullatenus tibi parce.

3. *Maria optimam partem elegit.* Cōſidera multo id rectius conuenientiuſq́; de ſanctiſſima Dei matre, quā de ſorore Lazari Maria intelligendum: vtpote, quæ omnibus in rebus optimam ſibi partem elegit: exiſtens videlicet Mater Dei, Virgo inuiolata, mundi Domina, regina cœli: Vbi nunc cum corpore & anima angelis conſpicua, rerum potitur. Solum ſupra ſe Deum illic habens; ſub ſe vero, quidquid Deus

non

Digitized by Google

non eſt. Conſidera inſuper ac mirare eius dignitatem, pulchritudinem, virtutē, gloriam: Inſigni cum humilitate coniunctam: Vtpote, quæ miſero ac ærumnoſo tibi peccatori, opitulari, atque ad perpetuæ ſalutis portum te perducere, votis omnibus deſiderat.

Hodie virgo Deipara ex mundi huius ergaſtulo, ad cœleſte prouecta eſt palatium, anno poſt paſsionem filii ſui quinto decimo, ætatis vero ſuæ ſexageſimo tertio. Hodie Apoſtoli ex diuerſis mundi plagis miraculoſè Hieroſolymam perducti, ad cohoneſtandum funus eius conuolarunt. Quam & participem prius reddidêre magni Euangelicæ prædicationis, qua mundum longe lateq; imbuere, profectus. Hodie cœli terræque Dominus, inſigni cœleſtium ſpirituum, beatiſsimorumque Angelorum comitatu matri obuiam progreſſus, in amplexus eius ruit, eamque ad ſolium Patris ſui cœleſtis, à quo in cœli terræque reginam eſt coronata, ac cæteris creaturis omnibus præpoſita,

lætabundus perduxit. Quin & tertio poſt obitum eius die, corpus glorioſe ex tumulo in cælum adſumptum, eiuſdem omnino gloriæ cumulo eſt condecoratum. Hanc igitur glorioſiſsimam Virginem cœli Reginam, Beato cum Auguſtino precare, ac dicito: Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis. Sit per te excuſabile, quod per te ingerimus: Accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excuſa quod timemus. Quia nec potiorem meritis inuenimus, quam te ad placandam iram iudicis, quæ meruiſti mater eſſe Redemptoris & Iudicis.

Sub finē ſermonis 2. de aſsūpt. B. Virginis.

ORATIO.

Famulorum tuorum, Domine, delictis ignoſce; vt qui tibi de actibus noſtris placere non valemus, genitricis filii tui, Domini Dei noſtri, interceſſione ſaluemur. *Per eundem Dominum, &c.*

ALIA.

Digitized by Google

ALIA.

Subueniat, Domine, plebi tuæ, Dei genitricis Oratio: quam etſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus, in cœleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus. *Per eundem, &c.*

IN DEDICATIONE S. MARIÆ AD NIVES,

Euang. Luc. 11.

1. EXtollens vocem quædam mulier de turba. Cõſidera mulierem hanc vnica duntaxat Chriſti concione, ita eius amore fuiſſe inflammatam, vt non erubuerit contentæ vocis præconio, Chriſti laudes extollere, ſacratiſſimæque matris eius vterum beatum prædicare: quatenus non verecundemur ad diuinæ iuſſionis legem, vitam conformare noſtram. 2. vt feruorem genitricis Dei inde colligamus: quæ toto triginta annorum decurſu, eius conciones ſola,

la,alios vero tres annos, cęteris cum Apoſtolis filium ſuum docentem ac prædicantem audiuit. Debuit ergo cæteris eſſe prudentior, ac diuini amoris igne inflammatior. Similiter & tu Dei verbum libens audito, quo vehementius incaleſcas, & quod facto opus eſt, eius monitu peragas.

2. *Beatus venter, qui te portauit.* Cõſidera *in primis* inſignem Dei genitricis vitæ ſanctimoniam. Si namq; eius venter (vti mulier hæc palam prædicat) tantæ eſt ſanctitatis, qui tamen cæterorum eſt membrorum infimus, ac minus nobilis, quid ſentiendum de reliquis eius membris præſtantioribus, capite, manibus, pedibus, &c. quorum adminiculo diuinæ ſemper obſequebatur iuſſioni? Quid verò dicam de puriſſima ſanctiſſimaque eius anima, in qua totius ſanctitatis fons CHRISTVS IESVS, perpetuum ſibi commemorandi domicilium delegit?

Fuit

Digitized by Google

Fuit ergo quouis virtutum genere ornatiſſima. 2. Hanc ſacratiſſimæ virginis beatitudinem, non ex fœlici aliquo rerum temporalium ſucceſſu, ſed ex Chriſto in eam promanaſſe: ita & tu pro viribus ad eandem conſequendam enitare. Temporali namq; potiri fœlicitate, haud quaquam tuarum ſemper eſt viriũ. Quantum vero perpetuam attinet ſalutis rationem, eam diuinæ opis adiumento conſequi valebis.

3. *Quin imo, &c.* Conſidera Dei matrem duabus potiſſimũ de cauſſis beatam prædicatam. Primo quidem quod Dei genitrix effici meruerit. Dein vero, quod ſedulam ſe verbi Dei auſcultatricem ſimul ac conſeruatricem exhibuerit. Cuius quidem poſterioris fœlicitatis, tute quoque ipſe particeps eſſe valebis; alterius vero, minime. Qua tamen aliqua ſaltem ex parte potiri licebit, quando ſinceræ deuotionis affe-

affectu ſacram frequentas ſynaxin, Chriſti corpus in te condigne ſuſcipiendo, inculpatamque eius vitam tuo pro virili imitando: vt gloriæ eius particeps effici merearе.

Hodie celebris Romæ agitur memoria, ſtupendi iſtius miraculi, quod ibidem in erigenda Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris (ita namque indigitatur) accidiſſe compertum eſt. Quo tempore namque Liberius Pontifex Petri ſedem tenebat; Ioannes quidam vir patricius, ingentes Romæ diuitias poßidebat, eratq; procreandæ prolis mirum in modum cupidus, vt tanti patrimonii ſucceſſor ex voto contingeret, qui & nomen referret, & ſtemmata continuaret. Itaque verſus cum ſterili coniuge pias ad preces, Mariam virginem & matrem ſupplicationibus quotidie intentißimis rogabat ac obteſtabatur, vt ſobolem eis ad propagandum genus & familiam à Ieſu filio impetraret: aut viam oſtenderet, qua viuentes in aliquo pio poſſent opere congeſtas opes inſumere. Nonis igitur Auguſti, cum Solis potißimum

Digitized by Google

tiſsimum æſtus mortalibus negotium facere ſolet, Ioanni coniugique Virgo mater noctu coram aſtitit; eorum precibus docet victam deſcendiſſe, quo piam præſens hæreditatem adiret. Mihi Romæ, dixit, nulla nunc habitatio eſt, nulla baſilica, Surgite cum primis mane, & in ea parte montis Superagii, quam contra naturam temporis, niuibus videritis oppletam, domum mihi conſtruite. Locus ille veſtrarum facultatum hæres eſto. Eadem Liberio Pontifici Virgo Mater denunciauit: atque, vt orta luce cum Clero & populo locum monſtratum adiret, imperauit. Liberius fugatis tenebris, viſa Ioanni nunciat: ille viciſſim eadem per noctem oblata commemorat. Conuocant extemplo Clerum ac populum, montem conſcendunt: & (dictu mirabile) locum Baſilicæ dicandæ commodiſsimum, altiſsima obſitum niue conſpiciunt, cum proxima quæque circum æſtuarent. Ita Diuæ Virginis Mariæ Baſilica, re ac nomine magna, Ioannis opibus conſtructa annuoque cenſu largiter dotata eſt.

Digitized by Google

eſt. Quam ob rem, tu eandem quoque cœli reginam, eo vſque humilitatis ergo ſeſe demittentem, condigne honorato, ac cum Beato Ephræm dicito. Intemerata, prorſuſque pura virgo Deipara, regina omnium, eademq́; optima, ſublimior cœlicolis, purior Solis radiis, honoratior Cherubim, ſanctior Seraphim, & ſine comparatione cæteris omnibus ſuperis exercitib⁹ glorioſior, ſpes Patrum, gloria Prophetarum, Apoſtolorum præconium, & honor Martyrum, ſanctorum lætitia, Hierarcharũ cœtus, omnium ſanctorum ac virginum corona, ob fulgorem inacceſſa, omnium princeps, omniũ dux, ſacratiſſima puella; ne me auerſeris, quæſo; quin potius ſicut humaniſſimi Dei mater es, ita me peccatorem humaniter ſuſcipe, & Filium tuum, meum autem herum & Deum, materna tua liberalitate volens exora. Adſis mihi ſemper virgo miſericors, clemens

&

& benigna, in præſente quidem vita ſeruens protectrix & auxiliatrix; poſtmodum vero inacceſſæ tui Filii & Dei gloriæ hæredem me efficiens.

Oratio.

Concede nos famulos tuos quęſumus Domine Devs, perpetua mentis & corporis proſperitate gaudere: & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. *Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.*

Finis ſolemnitatum B. Virginis.

DE SANCTO MICHAELE, *Euangel. Matth. 18.*

1. Q*Vis putas maior eſt in regno cœlorũ?* Superbia graue ac ſubtile eſt peccatum, Luciferum vna cum cohorte ſua tota, ex cœlo deturbans, atque Apoſtolica etiam pectora labefa-

befactare aggrediens: permanentibus interim per humilitatem bonis Angelis, ac Deo fideliter adhærentibus, à quo & totius gubernandi mundi facultatem conſecuti ſunt. Ideoq; humilium, ceu ſui ſimilium, amatores ſunt quam maximi. Vnde diligentem tui curam gerens, vide ne animi faſtu turgeas: vtpote, cum ſuperbia primum ſit peccatũ ac poſtremũ, quo etiam viri eximie alioquin pii, qui aliis non ſunt obnoxii peccatis, miſere nonnunquam infeſtantur.

2. *Quicumq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte.* Cõſidera *inprimis* mortaliũ neminem ſalute poſſe potiri, qui nõ fuerit humilis adinſtar pueri: eam ob rẽ ſi quis ſuperbiæ vitio torquetur, etiamſi leue forſan, ac veniale ſit peccatum, opus habet emundatione ſiue in hac vita, ſiue in igne emendatorio. 2. In cœlis vnumquemque magnitudinem præmii, ſecundum

dum humilitatis ſuę profunditatem conſecuturum: quemadmodũ domorum ædificia ſecundum fundamenti proportionẽ alte vel demiſſe conſtruuntur.

3. *Angeli eorum ſemper in cœlis vident faciem Patris mei.* Magna eſt, inquit Hieronymus, dignitas hominum, quorum vnicuiq; à natiuitate peculiaris adſignatus eſt Angelus, qui eos inuiſibiliter regat, inſtruat, defendat. Vnde in tanti Principis preſentia, à peccatis tibi caue. Illius namq; *inprimis* excellẽtia, quorumcunq; hominum dignitatem longe ſuperat. *Deinde* flagitia tua eum abs te profligant, ac cacodæmonem aduocant. *Poſtremo* rerum abs te ſiue bene ſiue male geſtarum teſtimonium in die iudicii feret.

O ſanctiſſime Angelorum Princeps Michael, tu elatum illum Luciferum tota cum cohorte ſua è cœlo exturbaſti, eiuſque locum plane ſub-

ſublimem occupaſti: tu Princeps ac Protector es ſanctæ Eccleſiæ, vti olim eras ſynagogæ: q anno Domini nonageſimo tertio ſupra quadringenteſimũ in Gargano Apuliꝗ mõte te ipſum cõſpiciendũ exhibens, ſagittas quæ in oberrantem taurum intendebantur, in mittentes retorſiſti, atque Epiſcopum, vt eodem illo in loco Eccleſiam nomini tuo dedicatum iret, monuiſti. Ideoque paulò poſt Romæ in honorẽ tuum eadem hac luce templum eſt erectum. Obſecramus te, protege ſanctam matrem noſtram Eccleſiam ab omni cacodæmonis aſtu ac incurſu; defende inſuper vrbẽ hanc Bruxellenſem, quæ te ſibi iam dudum in patronum adſciuit, nec non & Catholicos omnes ad æternæ ſalutis patriam prouehe.

ORATIO.

DEus qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumq; diſpenſas, concede

pro-

propitius, vt à quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aßiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

IN NATIVITATE S. IOANnis Baptiſtæ, Euangel. Lucæ 1.

1 *ELiſabeth impletum eſt tempus pariendi.* Conſidera *inprimis*, in natiuitate iſtorũ tempus impleri: quippe, qui virtutibus pleni, diligentem habent temporis rationem, illúdq; quam optime impendere conãtur. Improbi vero in vanũ ducunt dies ſuos, otio ac luxu eos tranſigentes, plurimumq; aliis officientes: ideoq; ad extremam vſq; ſenectutem, pueri permanent ſine prudentia ac virtutum ſtudio. 2. Omnes iuſtis cõgaudere ac congratulari. Peccator namque aliis triſtandi potius quam lætandi occaſiones ſubminiſtrat.

2. *Iohannes eſt nomen eius.* Beata hęc puerpera vrget filio ſuo imponi nomen Iohannis, id eſt, gratia DEI. Mundus vero dignitates ambiens piæ eiuſcemodi intentioni reluctatur. Tu autem tibi tuiſque ante omnia Dei procura gratiam, nihil æſtimans rerum mundanarum pōpam ac faſtum. Gratia ſi quidem diuina, qua Ioannes plenus extitit, eum ob vitę ſanctimoniā multo notiorem ac celebriorem Orbi reddidit, quam omnes totius mundi honores ac dignitates facere vnquam potuêre.

3. *Quis putas puer iſte erit?* vtile omnino eſt ac ſalutare, in ipſo inchoatæ rei exordio, de exitu quoq; nonnunquam cogitationem inſtituere. Vnde ita tuos educato liberos, vt ad fœlicem aliquando vitæ finem perueniant. Imo de tua quoque ex hoc mundo emigratione, identidem cogita, dicens cum Propheta;

Digitized by Google

pheta; *Notum fac mihi Domine finem meum.* Pro nulla ſiquidem re maiorem conuenit ſollicitudinem gerere, quam pro fœlici vitæ conſummatione. Vnde aureus plane eſt verſiculus:

Quidquid agis, prudenter agas, & reſpice finem.

A fine namque dependet totius, ſeu bene, ſeu male, tranſactæ vitæ ratio. Nam

Poſt finem vitæ, dicet Deus, ite, venite.

O ſanctiſſime præcurſor Chriſti Baptiſta Ioannes, tu in vtero exiſtens materno, Chriſtum ſaluatorem tuum, à quo ibidem ab originalis peccati contagio ita emundatus eras, prorſus vt ſine deformitatis labe in mundum prodires, agnouiſti, ac cum exultatione ſalutaſti. Tu à primis ætatis annis, ad annum vſque triceſimum in omni vitæ ſanctimonia ſolitarius egiſti, Chriſtum

baptizaſti, eumque populo annunciaſti, imo & digiti indicio demonſtraſti, dicens; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Tu Herodem incœſtus ſui arguere nequaquam trepidaſti, licet Herodias omnem lapidem moueret, ac ſaltatricem meretriculam ad innocuum tuum expetendum caput incitaret, vt in carcere ea de cauſſa plectereris. Rogamus te ô præpotens martyr, heremiq; cultor, intercede pro nobis: quatenus Chriſto in cordibus noſtris idoneum commorandi domicilium præparemus: in quo iugiter valeat quieſcere, & ad vitæ vſq; finem nobiſcum permanere.

ORATIO.

Deus qui præſentem diem honorabilem nobis in beati Iohannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ. Per Dominum, &c.

IN

Digitized by Google

IN FESTO SS. PETRI ET Pauli, Euangelium Matth. 16.

1. *VEnit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* Conſidera hîc *inprimis* nominari locum: vt doceamur de re magni plane momenti Euangeliſtam dicturum. 2. Chriſtum quid de ſe loquamur, cognitum velle habere, vt & errantes inſtruamus, & propriis in rebus, famæq; defenſione nequaquam indiligentes exiſtamus, idq; pro maiori proximorum ædificatione. 3. Vt ſis ſollicitus, quid nã de te viciſſim Chriſtus ſentiat: id enim longe tibi erit vtilius, quam cæterorum omnium hominum opiniones indagare.

2. *Beatus es Simon Bar-iona.* Petrum proprio compellat nomine, quod olim ei fuerat inditum: quatenus nos doceat, ſubſequentia hæc verba nemini niſi Petro duntaxat dicta

eſſe. Viue etiam tu, vt à Chriſto cognoſcaris, ac gratiæ eius dono cumuleris. Quod quidem tunc dubio procul fiet, quando diuinæ iūſſionis mandata obſeruas, atque ea, quæ ad te loquitur, effectui mancipas.

3. *Tu es Petrus.* Seu Petra, quam in fidei conſtantia ſolidatam, mihi delecturus ſum, ſuper quam Eccleſiam meam ædificem. Fidei namque orthodoxę confeſſio, nullo vnquam æuo Romana ac Apoſtolica in ſede variata aut adulterata, validum Eccleſiæ eſt fundamentum. Neq; vero hanc duntaxat fidei cōſtantiam tibi impertiar, ſed & claues regni cœlorum, omnimodam videlicet in hanc eãdem Eccleſiam poteſtatem, prorſus vt & ligata ſoluere, ac ſoluta ligare valeas, eaque quæ hominum ſaluti conducunt tuo pro arbitratu ſtatuere. Admirare hîc ineffabilem Chriſti ſaluatoris

toris charitatem, vnius hominis fidem ita conſolidantis, firmiter vt eidem adhæreſcere liceat. Eam ob rem ter quaterque Catholicos merito prædicauerim, qui de fide ſua certi ac ſecuri eſſe queunt. Qua quidem ſecuritate, hæreticorum omnino potitur nullus, quippe qui ſibi ipſis ea quæ credere volunt aut nolunt, eligunt ac confingunt: interpretantes ſcripturas ſuo pro guſtu, ac ſpiritu erroneo. Itaq; in virtute humilis obedientiæ, ſub imperio vicarii Chriſti, omniumque legitimorum ſuperiorum tuorum, te ipſum exercere ſtude.

Hodie beatorum Principes Apoſtolorum Petrus ac Paulus, martyrii palmam pro fidei conſtantia anno Chriſti ſexageſimo nono Romæ ſunt adepti. Et Petrus quidem in ipſa vrbe, vltra Tiberim, vbi frequẽs Iudæorum habitatio, in Ianiculo capite terram verſus, cruci eſt adfi-

xus. Ita namque ipſemet petierat, indignum ſe arbitratus, ſi magiſtri ſui more erectus in ſtipitem ageretur. Paulus vero extra portam Appiam in via Oſtienſi ad aquas Salnias capite truncatus: cuius caput ceruice reſectum tres edidit ſaltus, ad quorum quemlibet terni eruperunt diuerſi ſaporis fonticuli, vti etiamnum ibidem apparet: loco vero ſanguinis, lac ex corpore emanauit. Rogamus igitur hoſce Apoſtolici ordinis Principes, vt quam ſuo ſanguine Eccleſiam plantarunt, ac doctrinarum ſuarum fluentis irrigarunt, ſtantem, ac perpetuo florentem conſeruent.

ORATIO.

Deus qui hodiernam diem Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli martyrio conſecraſti, da Eccleſiæ tuæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos religionis ſumpſit exordium. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Digitized by Google

Ad S. Petrum Oratio.

O beatiſſime Petre, Apoſtolorum vertex, cui Chriſtus ſuas omnes commendauit oues, regniq́; cœleſtis claues tradidit: quem & firmam quoque Petram, ſupra quam Eccleſiam ſuam fundaret, conſtituit: cuius fidem illibatam etiamnum in ſancta Apoſtolicæ ſedis Cathedra Romę integram inuio'atamq́; conſeruat; Obſecramus te, vt in hac eâdem orthodoxa fide nos corrobores, hæreſes profliges, ſchiſmata elimines, nobiſq́; peccatorum veniam impetres.

Oratio.

Deus qui Apoſtolo tuo Petro collatis clauibus; regni cœleſtis ligandi atque ſoluendi pontificium tradidiſti; concede, vt interceſſionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis & regnas, &c.

Digitized by Google

IN DIE S. ANDREÆ Apoſtoli, Euangelium Matth. 4.

1. *AMbulans* IESVS *iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres* Nota, duos hoſce fratres Petrum ac Andream, ſemel Chriſtum ſecutos eſſe, quando Baptiſta Ioannes digito eum ipſis demonſtrauit, ſed non continuo ac firmiter ei adhæſiſſe. Quod mundanis quoque hominibus, bonum animi conceptum ſæpe relinquentibus, vſu venit. Cæterum tu Deum roga, te vt ſecum retineat, nec in bono vacillare propoſito ſinat. Petrus, qui natu iunior erat, & poſt fratrem ſuum Andream, ad Apoſtolatum prius vocatus erat, potiorem hîc locum occupat, fratremq; antecedit, quaſi tum eius, tum cæterorum Apoſtolorum omnium caput aliquando deſignandus. Quod fratri ſuo Andreæ etiam perplacuit; ne

ficaciam verbi, cuius virtute homines omnia confeſtim miſſa faciunt. O felicem te, ac ſumme beatum, ſi hanc in te virtutem perſentiſcere quiueris. Plus etenim conſequitur, qui hîc mundo renunciat, quàm eſt totum illud, quod deſerit. Hi namque Apoſtoli, viles extitêre piſcatores, & Principes conſtituti ſunt ſuper omnem terram: imo nunc cœleſtis regni principatum obtinent.

O ſanctiſſime Andrea Apoſtole, qui primus ad fidem à Chriſto adſcitus, Petrum fratrem tuum, ætate iuniorem, ad Chriſtum quoq; perduxiſti, & poſt eius in cœlos aſcenſum, Euangelicæ prædicationis face, varias mundi plagas Illuminaſti: vtpote Achaiam, Scythiam, Epirũ, Sogdianam, Æthiopiam, imo (vti perſuaſum nobis habemus) ipſam etiam Germaniam: Tandem vero apud Patras ab Ægea proconſule in crucem actus: quod myſterium eius

laudum preconiis extolleres, vtpote vnicum ſalutis noſtræ refugium: quodque ſacrilego idolorum cultui inſiſtere nolles; dicens, te omnipotenti DEO omni die ſacrificare non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatũ Agnũ: cuius quidem carnes poſteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, integrum nihilominus perſeuerare ac viuum: rogamus itaque te, vt qui biduo in cruce ſuperuiuens, ac populum iugiter docens, ſolui inde noluiſti, eam nobis à Deo gratiam impetres, crucem vt noſtram æquanimiter toleremus, & ad veri Agni carnes frequenter edendas, ſummo animi deſiderio anhelemus.

ORATIO.

Maieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus; vt ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas

Digitized by Google

dreas Apoſtolus extitit prædicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus intercesſor. Per Dominum noſtrũ, &c.

DE S. APOSTOLO IAcobo maiore, Euangel. Matt. 20.

1. *ACceßit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi* Obſerua, quam ſint mortalium corda dignitatum conſequandarũ auida. Sollicitant namque amicos ac propinquos ſibi vt concilient, per quos ad honores prouehantur, quod ex ſuperbia originem trahit. Tu vero ſi ad dignitatem adſpiras, eam quæ ſit æterna, & quæ ſupra omnia huius mundi extollere te ualeat, quærito: ad quã per veram animi demisſionem peruenitur. Mundanus namque honos ſuperbiam, quæ etiam in inferno tibi adhæreſcit, auget: vbi magnopere dolebis: conſpiciens videlicet

cet eos in ſublimi tunc reſidere glo-
ria, quos hic deſpexiſti tibique poſt-
habuiſti.

2. *Neſcitis quid petatis.* Qui hîc transitoria adfectat, neſcit profectò quid petat: vtpote, quod ſæpius plus noceant, quam proſint: vnde carere talibus nonnunquam ſatius fuerit, quam potiri. Eam ob rem diuinam potius flagitato gratiam, in tuorum remiſſionem peccatorũ, ac maiorem virtutum profectum. Momentanea vero conditionaliter petito, *quatenus ſaluti conducant*: quæ ſi interdum ſubtrahuntur, nolito ſtomachari aut querulari. Id namque iudicium, tibi nequaquã proficuum eſſe, orando id impetrare: ſed ſalutarius eo carere, aut diuino cum adiutorio, pro eo potiundo, laborando: ſicque tua ope id acquirere.

3. *Poteſtis bibere calicem?* Hic nequaquam commodorum potiun-

dorum

dorum locus, ſed potius perferendarum rerum aduerſarum palæſtra. Chriſtus ſine murmure paſſionis ſuę calicem exhauſit, quod & tibi quoque faciendum. Qui bibit, ſtatim potũ in corpus ſuum demittit, quod per illum refrigeratur ac refocillatur. *Si quis enim* patienter feruida cum charitate amore Chriſti patitur, ingentem profecto in anima ſua percipit cõſolationem. Quemadmodum B. Iacobus ad necem properans, eum à quo delatus erat, conuertit, & cum oſculo ad martyrii palmam cohortatus eſt.

O ſanctiſſime Apoſtole Iacobe, Chriſti cognate, à quo vna cum Petro, ac fratre tuo iuniore Ioanne, ad montem Thabor, vbi transfiguratus eſt, perduci meruiſti; nec non ad ædes Iairi, vbi duodennem è mortuis puellam parẽtibus rediuiuam reddidit: tum etiam ad hortum montis Oliueti, vbi ſuos vobis cruciatus

ſeor-

ſeorſim expoſuit, ſudans præ mœrore aquam ſimul ac ſanguinem. Qui etiam cum fratre tuo Ioanne filii tonitrui ab eodem nuncupati eſtis, id eſt, præ cæteris maxime dilecti. Tu poſt Chriſti in cœlos aſcenſum Iberos adiens, inde Hieroſolymam remeaſti, Iudæiſque verbum Dei prædicaſti. Quare commotus Herodes, capite te truncari iuſſit, decimo poſt paſſionem Chriſti anno: prorſus vt è toto Apoſtolorũ cœtu, tu primus martyrii palmam adeptus ſis. Te deprecamur, ne nos famulos tuos deſeras, ſed potius victoriæ palmam contra fidei hoſtes nobis impetres, ſimulq; virtutum omnium profectum.

ORATIO.

Eſto Domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos, vt Apoſtoli tui Iacobi munita præſidiis, & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

DE

Digitized by Google

DE S. IOHANNE EVANgeliſta, Euang. Ioan. 21.

1. D*Ixit Ieſus Petro, ſequere me.* Conſidera duos hoſce Apoſtolos Petrum ac Ioannem impenſe Chriſtum adamaſſe, & ab eodem redamatos fuiſſe, dilexiſſe inſuper ſeſe mutuo. Et Petrus quidem ob ſuam in fide conſtantiam adamatus fuit, Ioannes vero ob illibatæ virginitatis puritatem. Cæterum, Ioannes Petrum vti ſuperiorem ſuum ſuſpiciebat; Petrus autem Ioannem ideo diligebat, quod eum Chriſto præ cæteris charum cerneret. Tu quoq; omnes eos dilige, quos Chriſto cordi eſſe vides: potiſſimum vero ſuperiores tuos: quin & corpore animoque caſtus eſto, atque in virtutũ ſtudio firmiter perſeuerans: quatenus etiam à Chriſto diligaris: quemcum Petro ſequere, vt laboris tui premium aſſequaris.

2. *Quid*

2. *Quid ad te?* Petrus de Ioanne ſollicitus, quid de eo poſtmodum futurum, percunctabatur: At Chriſtus maluit eum pro ſe ſollicitum eſſe. Similiter & tu noli curioſe in aliorum negocia inquirere, ſed quæ tua ſunt, age. In te ipſo namque ſat ſuperque, quod ſollicitudine ac emendatione opus habeat, reperies. Chriſtus porro noluit Ioannem tam cito, quam cæteros, mortem oppetere, ſed ad ſuum vſque aduentum, Hieroſolymorũ videlicet euerſionem in viuis permanere, vt interim qua verbum Dei prædicando, qua aduerſa tolerando, maiorem ſibi meritorum cumulum acquireret. Ita & tu indultum tibi vitæ tempus quam rectiſſime applica, nec quæras diutius viuere, niſi vt rerum præclare gerendarum ſtudiis inſiſtens, ampliorem tibi in cœlis gloriam compares.

3. *Sunt & alia multa, quæ fecit Ieſus.*

Nota

Digitized by Google

Nota, non omnia quæ Chriſtus in hoc mundo deſignauit, literarum monumentis ad poſteros eſſe tranſmiſſa, ſed per Apoſtolos viua plerũque voce in Eccleſiis quaqua per Orbem verſus prędicata. Quemadmodum Ioannes ſua in Apocalypſi de ſe ingenue fatetur, ſe teſtari & annunciare ea quæ de Chriſto viderat. Ideoque non iis duntaxat fidem commodabis, quæ ſacris ſunt literis conſignata, ac B bliorum codice contenta, ſed & omnibus iis quæ Eccleſia, ex Apoſtolicæ traditionis antiquitate, obſeruanda ac credenda præcipit. Quin & priuatim plurimis inſiſte operibus bonis, illa namque, quæ in occulto bene beateq́ue agis, maiorem tibi in cœlis gloriam parient iis, quæ in aliorum oculis perpetrâris.

O ſanctiſſime Chriſti Apoſtole, iuxta ac Euangeliſta Ioannes, qui ab eo ſingulariter es amatus. Tibi digiti

giti indicio, ſuum in cœna vltima proditorem Dominus demonſtrauit, dum in ſinu eius recumberes. Tibi in crucem iam actus, ac cœlum inter ac terram pendulus, dilectiſſimam ſuam commendauit matrem; vtpote virginē virgini: cuius etiam per omnē vitæ decurſum perquam diligentem geſſiſti curam. Tu aſſumpta illa in cœlum, Romam vinctus es perductus, atque in vas bullientis olei coniectus: inde vero illęſus euadens, in Pathmum relegatus, vbi in exilio degens; Apocalypſin conſcripſiſti, populumq; Euangelicæ prædicationis luce illuſtraſti. Quod quidem Euangeliū poſtmodum contra hęreticos Epheſi literis conſignaſti. Tu Chriſti amore plenus, cum ad vltimam iam ſenectutem perueniſſes, nihil tam frequenter ore vſurpabas, quam; *filioli, diligite alterutrum*, dicens, diuinum id eſſe mandatum, & ad ſalutem ſufficiens.

ciens. Tu poſt plurimos tandem exantlatos ſcribendi concionandique labores, Epheſi placide ex hac vita migraſti, anno Chriſti centeſimo primo, nonagenario maior. Quare rogamus, vt à Chriſto ſinceram nobis Dei cognitionem impetres, noſq; ſacratiſſimę eiuſdem genitrici, quæ negare nihil tibi poteſt, quod ſedulam eius in omnibus curam geſſeris, commendes.

ORATIO.

Eccleſiam tuam Domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SS. PHILIPPO ET Iacobo, Euangelium Ioan. 15.

1. *IN domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Conſidera *inprimis*, varia eſſe in cœlis commorandi domicilia: quorum nonnulla ſublimiora

ſint,

eſſe. Viue etiam tu, vt à Chriſto cognoſcaris, ac gratiæ eius dono cumuleris. Quod quidem tunc dubio procul fiet, quando diuinæ iuſſionis mandata obſeruas, atque ea, quæ ad te loquitur, effectui mancipas.

3. *Tu es Petrus.* Seu Petra, quam in fidei conſtantia ſolidatam, mihi delecturus ſum, ſuper quam Eccleſiam meam ædificem. Fidei namque orthodoxę confeſſio, nullo vnquam æuo Romana ac Apoſtolica in ſede variata aut adulterata, validum Eccleſiæ eſt fundamentum. Neq; vero hanc duntaxat fidei cõſtantiam tibi impertiar, ſed & claues regni cœlorum, omnimodam videlicet in hanc eãdem Eccleſiam poteſtatem, prorſus vt & ligata ſoluere, ac ſoluta ligare valeas, eaque quæ hominum ſaluti conducunt tuo pro arbitratu ſtatuere. Admirare hîc ineffabilem Chriſti ſaluatoris

toris charitatem, vnius hominis fidem ita conſolidantis, firmiter vt eidem adhæreſcere liceat. Eam ob rem ter quaterque Catholicos merito prædicauerim, qui de fide ſua certi ac ſecuri eſſe queunt. Qua quidem ſecuritate, hæreticorum omnino potitur nullus, quippe qui ſibi ipſis ea quæ credere volunt aut nolunt, eligunt ac confingunt: interpretantes ſcripturas ſuo pro guſtu, ac ſpiritu erroneo. Itaq; in virtute humilis obedientiæ, ſub imperio vicarii Chriſti, omniumq́ue legitimorum ſuperiorum tuorum, te ipſum exercere ſtude.

Hodie beatorum Principes Apoſtolorum Petrus ac Paulus, martyrii palmam pro fidei conſtantia anno Chriſti ſexageſimo nono Romæ ſunt adepti. Et Petrus quidem in ipſa vrbe, vltra Tiberim, vbi frequẽs Iudæorum habitatio, in Ianiculo capite terram verſus, cruci eſt adfi-

xus. Ita namque ipſemet petierat, indignum ſe arbitratus, ſi magiſtri ſui more erectus in ſtipitem ageretur. Paulus vero extra portam Appiam in via Oſtienſi ad aquas Salnias capite truncatus: cuius caput ceruice reſectum tres edidit ſaltus, ad quorum quemlibet terni eruperunt diuerſi ſaporis fonticuli, vti etiamnum ibidem apparet: loco vero ſanguinis, lac ex corpore emanauit. Rogamus igitur hoſce Apoſtolici ordinis Principes, vt quam ſuo ſanguine Eccleſiam plantarunt, ac doctrinarum ſuarum fluentis irrigarunt, ſtantem, ac perpetuo florentem conſeruent.

ORATIO.

Deus qui hodiernam diem Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli martyrio conſecraſti, da Eccleſiæ tuæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos religionis ſumpſit exordium. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Ad

Ad S. Petrum Oratio.

O beatiſſime Petre, Apoſtolorum vertex, cui Chriſtus ſuas omnes commendauit oues, regniq́; cœleſtis claues tradidit: quem & firmam quoque Petram, ſupra quam Eccleſiam ſuam fundaret, conſtituit: cuius fidem illibatam etiamnum in ſancta Apoſtolicæ ſedis Cathedra Romę integram inuiolatamq́; conſeruat; Obſecramus te, vt in hac eâdem orthodoxa fide nos corrobores, hæreſes profliges, ſchiſmata elimines, nobiſq́; peccatorum veniam impetres.

ORATIO.

Deus qui Apoſtolo tuo Petro collatis clauibus; regni cœleſtis ligandi atque ſoluendi pontificium tradidiſti; concede, vt interceßionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis & regnas, &c.

Digitized by Google

IN DIE S. ANDREÆ Apoſtoli, Euangelium Matth. 4.

1. A*Mbulans IESVS iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres* Nota, duos hoſce fratres Petrum ac Andream, ſemel Chriſtum ſecutos eſſe, quando Baptiſta Ioannes digito eum ipſis demonſtrauit, ſed non continuo ac firmiter ei adhæſiſſe. Quod mundanis quoque hominibus, bonum animi conceptum ſæpe relinquentibus, vſu venit. Cæterum tu Deum roga, te vt ſecum retineat, nec in bono vacillare propoſito ſinat. Petrus, qui natu iunior erat, & poſt fratrem ſuum Andream, ad Apoſtolatum prius vocatus erat, potiorem hîc locum occupat, fratremq; antecedit, quaſi tum eius, tum cæterorum Apoſtolorum omnium caput aliquando deſignandus. Quod fratri ſuo Andreæ etiam perplacuit; ne

ficaciam verbi, cuius virtute homines omnia confeſtim miſſa faciunt. O felicem te, ac ſumme beatum, ſi hanc in te virtutem perſentiſcere quiueris. Plus etenim conſequitur, qui hîc mundo renunciat, quàm eſt totum illud, quod deſerit. Hi namque Apoſtoli, viles extitêre piſcatores, & Principes conſtituti ſunt ſuper omnem terram: imo nunc cœleſtis regni principatum obtinent.

O ſanctiſſime Andrea Apoſtole, qui primus ad fidem à Chriſto adſcitus, Petrum fratrem tuum, ætate iuniorem, ad Chriſtum quoq; perduxiſti, & poſt eius in cœlos aſcenſum, Euangelicæ prædicationis face, varias mundi plagas illuminaſti: vtpote Achaiam, Scythiam, Epirũ, Sogdianam, Æthiopiam, imo (vti perſuaſum nobis habemus) ipſam etiam Germaniam: Tandem vero apud Patras ab Ægea proconſule in crucem actus: quod myſterium eius

laudum preconiis extolleres, vtpote vnicum ſalutis noſtræ refugium: quodque ſacrilego idolorum cultui inſiſtere nolles; dicens, te omnipotenti Deo omni die ſacrificare non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatũ Agnũ: cuius quidem carnes poſteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius ſanguinem biberit, integrum nihilominus perſeuerare ac viuum: rogamus itaque te, vt qui biduo in cruce ſuperuiuens, ac populum iugiter docens, ſolui inde noluiſti, eam nobis à Deo gratiam impetres, crucem vt noſtram æquanimiter toleremus, & ad veri Agni carnes frequenter edendas, ſummo animi deſiderio anhelemus.

ORATIO.

Maieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus; vt ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas

dreas Apoſtolus extitit prædicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per Dominum noſtrũ, &c.

DE S. APOSTOLO IAcobo maiore, Euangel. Matt. 20.

1. *ACceßit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi* Obſerua, quam ſint mortalium corda dignitatum conſequandarũ auida. Sollicitant namque amicos ac propinquos ſibi vt concilient, per quos ad honores prouehantur, quod ex ſuperbia originem trahit. Tu vero ſi ad dignitatem adſpiras, eam quæ ſit æterna, & quæ ſupra omnia huius mundi extollere te ualeat, quærito: ad quã per veram animi demiſſionem peruenitur. Mundanus namque honos ſuperbiam, quæ etiam in inferno tibi adhæreſcit, auget: vbi magnopere dolebis: conſpiciens videlicet

cet eos in ſublimi tunc reſidere gloria, quos hic deſpexiſti tibique poſthabuiſti.

2. *Neſcitis quid petatis.* Qui hîc tranſitoria adfectat, neſcit profectò quid petat: vtpote, quod ſæpius plus noceant, quam proſint: vnde carere talibus nonnunquam ſatius fuerit, quam potiri. Eam ob rem diuinam potius flagitato gratiam, in tuorum remiſſionem peccatorũ, ac maiorem virtutum profectum. Momentanea vero conditionaliter petito, *quatenus ſaluti conducant:* quæ ſi interdum ſubtrahuntur, nolito ſtomachari aut querulari. Id namque iudicium, tibi nequaquã proficuum eſſe, orando id impetrare: ſed ſalutarius eo carere, aut diuino cum adiutorio, pro eo potiundo, laborando: ſicque tua ope id acquirere.

3. *Poteſtis bibere calicem?* Hic nequaquam commodorum potiundorum

dorum locus, ſed potius perferendarum rerum aduerſarum palæſtra. Chriſtus ſine murmure paſſionis ſuę calicem exhauſit, quod & tibi quoque faciendum. Qui bibit, ſtatim potũ in corpus ſuum demittit, quod per illum refrigeratur ac refocillatur. Si quis enim patienter feruida cum charitate amore Chriſti patitur, ingentem profecto in anima ſua percipit cõſolationem. Quẽadmodum B. Iacobus ad necem properans, eum à quo delatus erat, conuertit, & cum oſculo ad martyrii palmam cohortatus eſt.

O ſanctiſſime Apoſtole Iacobe, Chriſti cognate, à quo vna cum Petro, ac fratre tuo iuniore Ioanne, ad montem Thabor, vbi transfiguratus eſt, perduci meruiſti; nec non ad ædes Iairi, vbi duodennem è mortuis puellam parẽtibus rediuiuam reddidit: tum etiam ad hortum montis Olineti, vbi ſuos vobis cruciatus ſeor-

ſeorſim expoſuit, ſudans præ mœrore aquam ſimul ac ſanguinem. Qui etiam cum fratre tuo Ioanne filii tonitrui ab eodem nuncupati eſtis, id eſt, præ cæteris maxime dilecti. Tu poſt Chriſti in cœlos aſcenſum Iberos adiens, inde Hieroſolymam remeaſti, Iudæiſque verbum Dei prædicaſti. Quare commotus Herodes, capite te truncari iuſſit, decimo poſt paſſionem Chriſti anno: prorſus vt è toto Apoſtolorũ cœtu, tu primus martyrii palmam adeptus ſis. Te deprecamur, ne nos famulos tuos deſeras, ſed potius victoriæ palmam contra fidei hoſtes nobis impetres, ſimulq; virtutum omnium profectum.

ORATIO.

Eſto Domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos, vt Apoſtoli tui Iacobi munita præſidiis, & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

DE

Digitized by Google

DE S. IOHANNE EVANgeliſta, Euang. Ioan. 21.

1. DIxit Ieſus Petro, ſequere me. Conſidera duos hoſce Apoſtolos Petrum ac Ioannem impenſe Chriſtum adamaſſe, & ab eodem redamatos fuiſſe, dilexiſſe inſuper ſeſe mutuo. Et Petrus quidem ob ſuam in fide conſtantiam adamatus fuit, Ioannes vero ob illibatæ virginitatis puritatem. Cæterum, Ioannes Petrum vti ſuperiorem ſuum ſuſpiciebat; Petrus autem Ioannem ideo diligebat, quod eum Chriſto præ cæteris charum cerneret. Tu quoq; omnes eos dilige, quos Chriſto cordi eſſe vides: potiſſimum vero ſuperiores tuos: quin & corpore animoque caſtus eſto, atque in virtutũ ſtudio firmiter perſeuerans: quatenus etiam à Chriſto diligaris: quemcum Petro ſequere, vt laboris tui premium aſſequaris.

2. Quid

Digitized by Google

2. *Quid ad te?* Petrus de Ioanne ſollicitus, quid de eo poſtmodum futurum, percunctabatur: At Chriſtus maluit eum pro ſe ſollicitum eſſe. Similiter & tu noli curioſe in aliorum negocia inquirere, ſed quæ tua ſunt, age. In te ipſo namque ſat ſuperque, quod ſollicitudine ac emendatione opus habeat, reperies. Chriſtus porro noluit Ioannem tam cito, quam cæteros, mortem oppetere, ſed ad ſuum vſque aduentum, Hieroſolymorũ videlicet euerſionem in viuis permanere, vt interim qua verbum Dei prædicando, qua aduerſa tolerando, maiorem ſibi meritorum cumulum acquireret. Ita & tu indultum tibi vitæ tempus quam rectiſſime applica, nec quæras diutius viuere, niſi vt rerum pręclare gerendarum ſtudiis inſiſtens, ampliorem tibi in cœlis gloriam compares.

3. *Sunt & alia multa, quæ fecit Ieſus.*

Nota

Digitized by Google

Nota, non omnia quæ Chriſtus in hoc mundo deſignauit, literarum monumentis ad poſteros eſſe tranſmiſſa, ſed per Apoſtolos viua plerũque voce in Eccleſiis quaqua per Orbem verſus prędicata. Quemadmodum Ioannes ſua in Apocalypſi de ſe ingenue fatetur, ſe teſtari & annunciare ea quæ de Chriſto viderat. Ideoque non iis duntaxat fidem commodabis, quæ ſacris ſunt literis conſignata, ac B bliorum codice contenta, ſed & omnibus iis quæ Eccleſia, ex Apoſtolicæ traditionis antiquitate, obſeruanda ac credenda præcipit. Quin & priuatim plurimis inſiſte operibus bonis, illa namque, quæ in occulto bene beateq́ue agis, maiorem tibi in cœlis gloriam parient iis, quæ in aliorum oculis perpetrâris.

O ſanctiſſime Chriſti Apoſtole, iuxta ac Euangeliſta Ioannes, qui ab eo ſingulariter es amatus. Tibi di-

giti

ciens. Tu poſt plurimos tandem exantlatos ſcribendi concionandique labores, Epheſi placide ex hac vita migraſti, anno Chriſti centeſimo primo, nonagenario maior. Quare rogamus, vt à Chriſto ſinceram nobis Dei cognitionem impetres, noſq; ſacratiſſimę eiuſdem genitrici, quæ negare nihil tibi poteſt, quod ſedulam eius in omnibus curam geſſeris, commendes.

ORATIO.

Eccleſiam tuam Domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SS. PHILIPPO ET Iacobo, Euangelium Ioan. 15.

1. *IN domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Conſidera *inprimis*, varia eſſe in cœlis commorandi domicilia: quorum nonnulla ſublimiora

ſunt,

be, ſic enim cœleſti potieris vita. 2. Quandoquidem vero nemini eo patet aditus, niſi per ſacratiſſima Chriſti Ieſu merita, ac bonorum operum, ad quæ ipſe nos hortatur, ſtudia, probe noſtræ conſulemus ſaluti, ſi eius Sacramenta, quibus hæc Chriſti merita includuntur, ſtudioſe frequentemus, neque tempori nobis ad bene beateq́; operandum conceſſo, parcamus.

3. *Tanto tempore vobiſcum fui, & non cognouiſtis me.* Conſidera *in primis*, num etiam Chriſtum noris, cum tam longo tempore Chriſtianitatis titulo inſignitus ſis. Si enim ſeueram eius iuſtitiam, omnipotentiā, præſentiam, in dictis factiſque tuis non pertimeſcis, nullatenus eum cognoſcis. 2. Summam eſſe prudentiam Chriſtum noſſe, non ſolum per fidem, ſed magis per dulcedinis eius guſtum. Ideoque in hac virtutum ſchola ſedulo ſtudeto. Quantumcumq́;

Digitized by Google

cumque enim ſtupidus indoctuſve fueris, non tamen hac in re minus quam eruditiſſimi quiq; Doctores, proficies. Apoſtoli ſiquidem plebei ac idiotæ cum eſſent, prudentiæ huius adminiculo, totius mundi Doctores euaſere.

O beatiſſime Apoſtole Philippe, qui in Apoſtolicę vocationis dignitate quartus exiſtens, bonum iſtum Nathanaelem, mox ad Chriſtum vnà perduxiſti, tu impenſe Chriſtũ diligens, viciſſim ab ipſo diligebaris: eique tam familiaris extitiſti, vt gentiles per te ad eum duci cuperent: & quando tot famelicorum hominum millia, paucorum admodum panum ſubſidio ſaturaturus erat, te percũctabatur; tu cum eum vt oſtenderet tibi Patrem, rogares, benignũ ſemper reſponſum, adeoque & ſalutaribus inſtructionibus plenum, conſecutus es. Poſt mortem vero eius, Euangelium genti-

bus

bus in Scythia, Galatia, Phrygia prę-dicaſti: ac tandem apud Hierapolim Aſiæ ciuitatem cruci affixus, & lapidibus obrutus, glorioſo fine conquiêſti.

Et tv ô Iacobe Apoſtole, cognomento *minor*, alias *iuſtus*, frater vero Domini; ob vitæ tuæ ſanctimoniam, primus es Hieroſolymorum Antiſtes ab Apoſtolis creatus. Quo quidem officio fungens, geſtaſti in capite tuo, diuini tempore officii, laminam auream, mitram videlicet Epiſcopalem. Tu inſuper in orationibus tam ſedulus fuiſſe prædicaris, vt genua tua camelorum inſtar callum obduxerint; tu habendis ad populum concionibus feruidus comprimis extitiſti, pulcherrimamq; præterea ad conſolationem pauperum, increpationem vero diuitum, epiſtolam conſcripſiſti: tandemq; etiam, cum palam Chriſtum profitereris, à Iudæis è pinnaculo

templi præcipitatus, fullonis fuſte es interemptus: Obſecram⁹ vtrumque, gratiam nobis impetrate, Catholicam fidem vbiuis locorum libere prædicandi, ac ſecundum eius præſcriptum vitam componendi.

ORATIO.

Deus qui nos annua Apoſtolorum tuorum Philippi & Iacobi ſolemnitate lætificas, præſta quæſumus, vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SIMONE ET IVDA, Euangel. Ioan. 15.

1. H*Æc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Conſidera *inprimis* omnia quæ Chriſtus docuit, tolerauit, fecit, eam ob cauſſam eſſe facta, ſuam vt nobis charitatē infunderet, noſque ad mutuam inter nos fouendā dilectionem commonefaceret. Ea propter dilectio eximia eſt virtus, Chri-

Chriſtoque ingratus meritò exiſtet, qui proximum non diligit. Pro tali Chriſtus fruſtra ſuum impendit laborem, eritque meritorum eius expers: quippe, cum is, qui proximum non diligit, gratia ac charitate Dei deſtitutus ſit. 2. Charitatem, virtutem eſſe admodum gratioſam ac amabilem, in cœlis etiam perdurātem. Contra vero, odium, deteſtabile ac amarum eſſe flagitiū: quod vti in inferno malis etiamnum adhæreſcit, ita in hac vita, homines facit eſſe dæmones.

2. *Si mundus vos oderit.* Conſidera *inprimis*, Chriſtianorum vitam eſſe, diligere proximum, ac de omnibus paſſim bene mereri: iniurias vero æquanimiter perpeti. Ideoque noli ſtomachari, ſi pro rebus bene geſtis nonnihil aduerſi patiare: ad ea enim perferenda haud minus, quam Apoſtoli es vocatus: qui ſuo pro labore ac prædicatione, nullam

Digitized by Google

omnino aliam à gentilibus mercedem recepêre, quam vincula, verbera, carceres, &c. 2. Eos quos Deus diligit, mundo exoſos eſſe, & vice verſa. Quam ob rem, noli mundanum expetere amorem ſeu fauorē, ſed potius cum Apoſtolis ad contumelias ac perſecutiones gaudero.

3. *Seruus non eſt maior Domino ſuo.* Conſidera *in primis* Chriſti Domini tui magnitudinem. *Dein* vero vilitatem atque indignitatem tuam. 3. Iniurias, contumelias, cruciatus, Chriſto irrogatos. 4. Mala quæ Apoſtolis, adeoque & Apoſtolorum Dominæ, Virgini MARIÆ, pro rebus bene geſtis, ſunt illata. 5. Exigua illa mala ac incommoda, quæ tu ad illos comparatus, toleras. 6. Eorum in patiendo æquanimitatem, alacritatem, hilaritatem. Quatenus eorum inſiſtens veſtigiis, gaudeas in aduerſis. Quemadmodum mercenarius ſuo in labore exhilaratur,

Digitized by Google

tur, quando plus æquo mercedis præſtolatur.

FVERE & hi duo Apoſtoli, ex cognatione Chriſti, vti ex textu liquet Euangelico: quorum Simon in Ægypto, Thadæus in Meſopotamia verbum Dei prædicauit. Deinde in Perſidem ſimul cõtendentes, cum innumeram gentis illius multitudinem CHRISTO ſubdidiſſent, martyrium conſummârunt. Quorum ſuffragia humili prece depoſcimus: quatenus orthodoxam ſcilicet Eccleſiam, in eiuſdem fidei vnitate conſeruantes, perpetuam Spiritus ſancti præſentiam, à Chriſto nobis impetrent.

ORATIO.

Deus qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti, da nobis eorum gloriam ſempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SANCTO MATTHÆO
Euangel. Matth. 8.

1. V*Idit Ieſus hominem ſedentem in telonio.* Conſidera hîc in primis, ineffabilem Chriſti bonitatem, nullam de hominibus bene merendi occaſionem prætermittêtis. 2. Matthæi in ſequendo, ac morem gerendo accelerationem. 3. Quidnam reliquerit, facultates nimirũ omnes, haud ſane exiguas aut vulgares. 4. Chriſtum frequenter te vocare per bonas cogitationum inſpirationes, exteriores concionum admonitiones, inſtructiones, ægritudines, aduerſitates: qui tamen ne in minimo quidem iis moueris aut emendaris. Conſidera igitur, omnia quæcunq; tibi ſiue proſpera ſiue aduerſa eueniunt, nihil eſſe aliud, quam diuinæ vocationis ad virtutem capeſſendam, ſtimulos.

2. *Multi publicani & peccatores venien-*

Digitized by Google

nientes, diſcumbebant cum Ieſu Conſidera *in primis*, Matthæum diuini amoris igne in flammatũ; ſua haudquaquam conuerſione contentum fuiſſe, niſi & alios ſecum peccatores pariter ad Chriſtum perduceret. Is etenim perfectus reputandus eſt Chriſtianus, qui alios ſibi in virtutibus ſimiles efficit. 2. Quàm ſanctum hoc conuiuium extiterit, in quo ſalutaria Chriſti verba plus animas, quam temporalis cibus corpora, refecêre. Quin & tute ipſe animam quoque tuam, menſæ dum accumbis, paſcito: meditando nonnihil boni, aut de rebus cœleſtibus ſermocinando: ne ad epulas nimium effuſus, vanitatibus, aut proximorum enarrandis defectibus, indulgeas.

3. ***Non eſt opus valentibus medico.*** Cõſidera *in primis*, Chriſtum ſemper defendere eos qui eum audiunt ac ſequuntur. Vnde & tibi idem dæ-

mone te accuſante ac calumniantē faciet, ſi ex corde totus ei adhæreſcis. 2. Pluris eum facere miſericordiam, quam ſacrificium. Ideoque nullam habes iuſtam querulandi cauſſam, ſi nonnunquam ob impendendum proximis obſequium, non queas tuo pro voto Eccleſiam frequentare.

O beatiſſime Apoſtole iuxta ac Euangeliſta Matthæe, qui à Chriſto ex teloneo vocatus, eum ſuis cum Diſcipulis prandio mox excepiſti, vt ad eius verba plures adhuc eiuſdem tecum farinæ peccatores conuerti poſſent, tu Euangeliſtarum es primicerius, qui in gratiam Iudæorum Hebraice, octauo poſt necem Chriſti anno, Euangelium quod in Æthiopia prædicâras, conſcripſiſti; plurimoſq; per hoc ad melioris vitę frugē poſtliminio reuocaſti: vtpote Regem vna cum coniuge, vniuerſamque adeo prouinciam, excitando

tando defunctã Regis filiam. Tuo quoque incitata conſilio Iphigenia, Chriſto ſuam ſacrauit virginitatem; ita vt ea de cauſſa ab Hirtaco, præfati Regis ſucceſſore, Iphigeniæ cõiugium nequidquam affectante, ſacram ad aram conſiſtens, ac ſacris operans, crudeliter interemptus ſis. Ora pro nobis, quatenus quiſque pro ratione ſtatus ſui, animæ corporiſq; caſtimoniam illibatam conſeruemus.

ORATIO.

Beati Apoſtoli & Euangeliſtæ Matthæi, Domine, precibus adiuuemur; vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SANCTO BARTHOlomæo, Euangelium Lucæ 6.

1. E*Xiit IESVS in montem orare.* Conſidera

ſidera *in primis*, Chriſtum in montem exiiſſe, cum bis ſenos ſibi eſſet delecturus Apoſtolos: in oratione ſiquidem pernoctabat, ſed luce iam aduentante, de Apoſtolis ſibi adſciſcendis ſollicitus erat. 2. Tria nobis eligenda incumbere: 1. certum aliquod vitę genus, in quo perpetim degere cupimus; 2. aliis aliquem dignitatis officiique ſtatum acquirere. 3. id de quo ambigimus, exactius indagare. 4. Vt Chriſtum in quauis electione ſequamur, ne à ſcopo aberremus. Et *primo* quidem, vt à mundano nos tumultu ſequeſtremus. *Dein* vero, vt cor ad cœleſtem eleuemus montem, ad diuinę maieſtatis præſentiam. *Tertio*, vt Deum orantes, ſedulo diſquiramus, quid nam gratius ei ſit, quidve in hora mortis elegiſſe feciſſeque nos voluiſſemus. *Poſtremo*, vt diurno eligamus tempore, id eſt, fulgente iam luce:

luce: quando ſenſus nullus ſunt paſſionum nebulis obfuſcati.

2. *Et elegit duodecim ex ipſis.* In hac electione *inprimis* cõſidera, Petrum vbiuis obtinere primas, vtpote caput Eccleſiæ. 2. Chriſtum duodecim elegiſſe idiotas, plebeios; quorum nonnulli piſcatores, alii telonarii extitêre, &c. non vt tu illiteratus concionandi tibi munus vſurpares, aut inidoneos ad aliquam Eccleſiaſticę functionis dignitatem cooptares (toto namque triennio eos docuit, largiendo illis donum intellectus, ac gratiam Spiritus ſancti, vt quidquid eis inculcaret, caperent ac obſeruarent) ſed probè vt cognitum haberemus, fidem & Eccleſiam, haudquaquam humanum, ſed diuinum eſſe opus. 3. Elegiſſe eum quinque ex cognatione ſua: erat enim tunc Apoſtolicæ functionis munus laborioſum ac difficile: quatenus ſolliciti ſimus eos præ cæ-

ſuperbiam eum incidiſſe : ſibi ipſi plus fidendo, quam cęteris Apoſtolis omnibus: tum etiam irreuerentius cum Chriſto ſeſe gerendo, cuius vulnerum cicatrices, tactu non minus quam viſu explorare præſumpſit. 2. In eundem erroris labyrinthum incidere eos qui extra vniuerſalis Eccleſiæ gremium degunt, quique à ſanctorum ſe conſortio ſeparantes malis ſociant. Tu itaque bonis ſemper adhæreto, vt inter eos Chriſti queas præſentiam ſentire, ac ſinceras deuotionis pietatiſque virtutes addiſcere.

2. *Dominus meus, & Deus meus.* Obſerua hic eximiam corporis Chriſti ſanctitatem ac virtutem, cuius vnico duntaxat contactu Thomę intellectus illuminatus, animus vero humiliatus eſt. Tu idem hoc ſacratiſſimum Chriſti Ieſu corpus, in auguſtiſſima euchariſtia, omni deuotionis affectu frequenter ſuſcipito. Prima

ma namq; eius operatio erit, tuum vt intellectum ad diuinæ cognitionis gratiam promoueat, & vt peccatorum tuorum deformitatem exploratus cognoſcas. Etenim cacodæmonis opus, obtenebrare & excæcare, velut in Sampſone ac Sedechia patet.

3. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti.* Thomas credebat Chriſtum, quem tangebat ac cernebat, hominem eſſe ac Deum, imo Dominum quoq; ſuum. Quam equidem fidem, etiam abs te expoſcit Chriſtus, vt morem ei geras, eiq; adhęreſcas: ſequendo eum vti hominem: honorando vero ac amando, vti Deum. Sola namque fides intellectus, haudquaquã tibi proderit. Thomam porro fides ſua in Indiam vſque eum pertraxit, vt gentes natione barbaras prædicando ad CHRISTVM perduceret. Conſidera igitur, quid nam tu boni tua fide præſtiteris, & reperies forſan

3. Chriſtum in Patris ſui voluntate exhilarari: quatenus tu nulla de re vehementius gaudeas, quam de diuina adimplenda voluntate.

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Primo*, Chriſtus iam nunc vti homo, abſolutum habebat cœli terræq; dominium. Vnde lætandum tibi, te fratrem habere creaturis omnibus imperitantem. 2. Chriſto non omnia eſſe donata, ſibi vt ſoli ea duntaxat adſeruaret, ſed vt nos quoque eorundem faceret eſſe participes. 3. Chriſtum ſolum plene perfectéq; Patrem cognoſcere. Quã ob rem, ſi ſinceram de Deo cognitionem habere, omnibuſque donis cumulari geſtis, Chriſtũ adito, qui te docebit, ac bonis ſuis ditabit: mundũ vero, nil niſi futilia ac inutilia docentem ac donantem, miſſum facito.

3. *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Conſidera *in primis* ingentem hominum,

minum, quem peccatis inſumunt perpetrandis, laborem, ac grauem conſcientiæ ſarcinã, quæ ob vnum tolerãda mortale flagitium. 2. Chriſtum ſolum hanc nobis poſſe ſarcinam adimere: cum officium eius ſit recreare ac conſolari. 3. Eum non velle, vt ſine aliqua ſaltem ſarcina ſeu iugo ſimus: Licet illud ſuaue ſit, & onus, leue. Idque ideo vel *inprimis*, quod non, niſi quæ rationi ſunt cõſentanea, iubeat. *Dein* vero, quod etiã diuinæ opis ſuæ iuuamine præſto nobis ſit in tolerãdis laboribus, mandatiſq; ſuis adimplendis. Diaboli porro ac mundi præcepta, grauia comprimis ſunt ac difficilia: vtpote quæ nil quærant aliud, quam vt ſub onere concidamus.

O beate Apoſtole Matthia, qui poſt CHRISTI in cœlos aſcenſum, communi Apoſtolorum ſuffragio in Iudæ proditoris locum es ſubſtitutus, quique Euangelica prædicatione

tione Iudaicas paſſim regiones imbuiſti, ac tandem in vlteriorem cõtendens Æthiopiam, martyrii ibidem palmam es adeptus, intercede pro nobis, vt cœleſti in regno, reproborum poſſimus Angelorum loca ſupplere, eaq; in omnem æternitatem poſſidere.

ORATIO.

Deus qui beatum Matthiam Apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti; tribue quæſumus, vt eius interuentione, tua circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

DE S. MARCO EVANGELISTA, Euangel. Luc. 10.

I. D*Eſignauit Dominus IESVS & alios ſeptuaginta duos.* Chriſtus voluit *in primis* diuerſos habere in Eccleſia ſua operarios ac miniſtros. Vnde Apoſtolos elegit duodecim, in quorum locũ ſuccederent Epiſcopi: Dein vero Diſcipulos ſeptua-

ginta

ginta duos, Presbyterorum videliſcet anteſignanos. Quibus ea potiſſimum incumbit cura, vt Epiſcopis qua populum docendo, qua Sacramenta adminiſtrando, ſuppetias ferant. 2. Non miſiſſe Chriſtum Diſcipulos hoſce, niſi binos ac binos: tum vt fraternæ charitatis coniunctionem nobis commendaret, tum vt ſemper actionum noſtrarũ alios velut teſtes adeſſe vellemus. Non enim decet clam quidpiam agere, cuius alios conſcios eſſe nolimus: quippe, cum ſingula quæque dicta factaq́; noſtra etiam occultiſſima, in extremo iudicii die coram Angelis ac hominibus publicãda ſint. 3. Miſiſſe eos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem ac locũ, quo erat ipſe venturus. Quia 1. homines loca diſponunt, at Chriſtus opus cõſummat. 2. Homines laborant, at Chriſtus eorum labores viſitat, iudicat, remunerat.

2. *Meſ-*

2. *Meſſis quidem multa.* Id eſt, agri frumento egregie ſunt onuſti, ſed pauci ſunt qui metant. Conſidera *in primis* frumentum adhuc in agris conſtitutum, ſtramine contineri: ſtramina vero plus occupare loci, quam frumentum. Et illa quidem currum implent, hoc vero ſaccum. 2. Homines frugi, eſſe ſegetes; improbos, ſtramenta: & quemadmodum hęc ſegetes conſeruant ac portant, ita etiam malos cõſeruare bonos, ſiue id fiat iuuando eos, ſiue aduerſitatibus exercendo, per quas boni ſubleuantur. Eſto tu bona ſeges, ſeu potius meſſor, qui Chriſto in lucrandis proximorum animabus adiumento ſis. 3. In agris ſtramentorum nonnulla altiora, alia demiſſiora conſpici: cum vero meſſoria ſunt falce reſecta, ſtipulas remanere æquales. Ita etiam cum hominibus hoc in mundo agitur: quorum alii ſublimiores ſunt, alii inferiores:

Digitized by Google

riores: poſt mortem vero nulla in defunctorum oſſibus diuerſitas conſpicitur.

3. *Rogate ergo Dominum meſſis.* Cōſidera *in primis*, Chriſtum ceu Dominum meſſis, rogari velle vt idoneos mittat ſuam in meſſem operarios: non quod aliis Chriſti meſſis magis ſit cordi, quam ſibi: ſed vt nos doceat, quidquid in hanc meſſem operæ impenditur, non tam in Chriſti, quam metentium, hominum videlicet, emolumentum fieri. 2. Orationis neceſſitatem, qua ſine, Chriſtus multa ſæpe non largitur. 3. Valorem ac neceſſitatem verbi Dei: quo pro Chriſtus precibus vult interpellari, à quo id duntaxat donatur. Diligentes itaque aures audiendo Dei verbo commoda, quoadusq; id tibi iam permittitur. Peccata ſiquidem noſtra ſæpe numero magnam promeremur diuini verbi annonam: velut in hæ-

teris ad perfectionis ſtatum prouehere, qui nobis conſanguinitatis vinculo proximiores exiſtunt. 4. Etiam inter cæteros Iudam elegiſſe: neminem cõtemnes eorum, qui ſeruire ei cupiunt. Ora igitur eum, vt & te ad perfectionis ſtatum euocet.

3. *Et deſcendens cum illis.* Docere nos volebat, ſe omnia eccleſiaſticæ functionis munia ideo *in primis* inſtituiſſe, vt noſtram commodius ſalutem promoueret. *Deinde*, vt proximos quoque noſtros ad virtutis perfectioniſq; ſtudium accuratius perduceremus. Conſidera igitur, quid officii tibi incumbat, & quo pacto hæc duo executꝰ fueris. Apoſtoli namque cœleſtem gloriam, non niſi adminiſtrando Apoſtolatũ ſecundum Chriſti voluntatem ſunt conſecuti.

O beatiſſimæ Apoſtole Bartholomæe, tu Chriſti Euangelio Indiã illuſtrans, in magnã deinde Armeniam

niam contendiſti, vbi Palemonem regem vna cum vxore, ac duodecim oppidis ad fidem cõuertiſti. Quod ægre admodum ferentes idolorum Sacerdotes, fratrem regis in te concitarunt, qui te viuum excoriaret, ac capite truncaret. Ora pro nobis, vt depoſita veterum delictorum noſtrorum pelle, nouum induamus hominem, qui ſecundum Chriſtum ſit, in ſanctitate & iuſtitia.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandam ſanctamque lætitiam in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti, da Eccleſiæ tuæ quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SANCTO THOMA, EVANgelium, Ioan. 20.

I. THomas qui dicitur Didymus. Conſidera inprimis, Thomã nõ fuiſſe in cæterorum cõſortio Apoſtolorũ, quando Chriſtus clauſis eos forib? inuiſit: ideoq; in incredulitatem ac

ſuperbiam eum incidiſſe: ſibi ipſi plus fidendo, quam cęteris Apoſtolis omnibus: tum etiam irreuerentius cum Chriſto ſeſe gerendo, cuius vulnerum cicatrices, tactu non minus quam viſu explorare præſumpſit. 2. In eundem erroris labyrinthum incidere eos qui extra vniuerſalis Eccleſiæ gremium degunt, quique à ſanctorum ſe conſortio ſeparantes malis ſociant. Tu itaque bonis ſemper adhærcto, vt inter eos Chriſti queas præſentiam ſentire, ac ſinceras deuotionis pietatiſque virtutes addiſcere.

2. *Dominus meus, & Deus meus.* Obſerua hic eximiam corporis Chriſti ſanctitatem ac virtutem, cuius vnico duntaxat contactu Thomę intellectus illuminatus, animus vero humiliatus eſt. Tu idem hoc ſacratiſſimum Chriſti Ieſu corpus, in auguſtiſſima euchariſtia, omni deuotionis affectu frequenter ſuſcipito. Prima

ma namq; eius operatio erit, tuum vt intellectum ad diuinæ cognitionis gratiam promoueat, & vt peccatorum tuorum deformitatem exploratus cognoſcas. Etenim cacodæmonis opus, obtenebrare & excæcare, velut in Sampſone ac Sedechia patet.

3. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti.* Thomas credebat Chriſtum, quem tangebat ac cernebat, hominem eſſe ac Deum, imo Dominum quoq; ſuum. Quam equidem fidem, etiam abs te expoſcit Chriſtus, vt morem ei geras, eiq; adhęreſcas: ſequendo eum vti hominem: honorando vero ac amando, vti Deum. Sola namque fides intellectus, haudquaquã tibi proderit. Thomam porro fides ſua in Indiam vſque eum pertraxit, vt gentes natione barbaras prædicando ad CHRISTVM perduceret. Conſidera igitur, quid nam tu boni tua fide præſtiteris, & reperies forſan

ſan plura penes te incredulitatis o-
pera, quæ in peccatum tibi cedant, reſidere, quàm fidei: quæ nil niſi virtutum opera nos docet.

O beatiſſime Thoma Apoſtole, cognomēto Didyme, tu varias plane regiones peragraſti, ac plurimum boni quaquauerſum prædicando perpetraſti: tu Parthos, Medos, Hircanos, Brachmanos, Tabrobanos conuertiſti. Tu vbi Indos inuiſiſti, eoſque in Chriſtiana religione inſtituere occepiſti, iuſſu crudeliſſimi Regis eorum lanceis transfixus, occubuiſti. Ora pro nobis, vt in virtutum palæſtra gnauiter ad finem vſque decertemus: ſimul ac Catholicis opitulare Sacerdotibus, qui inter gentes natione barbaras, Chriſti fidem prædicant.

ORATIO.

Da nobis quæſumus Domine, beati Apoſtoli tui Thomæ ſolennitatibus gloriari: vt eius ſemper & patrociniis ſubleuemur, &

fidem

fidem congrua deuotione ſectemur. Per Dominum,&c.

DE SANCTO MATTHIA Euangelium, Matt. 11.

1. *COnfiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ.* Conſidera *inprimis*, ſapientes hoſce ac prudentes, à quibus ſua abſcondit myſteria Deus, homines eſſe faſtu turgidos: diuina namque ſapientia, humiles potiſſimum requirit. Ea propter humilis eſto, atque Eccleſiæ, tuorumque adeo ſuperiorum monitis pareto, vt DEI prudentiam conſequaris.
2. Rationem, cur mundi huius ſapientes, Dei non capiant ſapientiam, hanc eſſe, quod animo ſint elati. Tum etiam, quod humilitas, quæ in CHRISTI latet myſteriis; vtpote paupertas, obedientia, ſui ipſius deſpectio, atque id genus alia, à mundo non queant intelligi.

3. Chri-

3. Chriſtum in Patris ſui voluntate exhilarari: quatenus tu nulla de re vehementius gaudeas, quam de diuina adimplenda voluntate.

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* *Primo*, Chriſtus iam nunc vti homo, abſolutum habebat cœli terræq; dominium. Vnde lætandum tibi, te fratrem habere creaturis omnibus imperitantem. 2. Chriſto non omnia eſſe donata, ſibi vt ſoli ea duntaxat adſeruaret, ſed vt nos quoque eorundem faceret eſſe participes. 3. Chriſtum ſolum plene perfectéq; Patrem cognoſcere. Quã ob rem, ſi ſinceram de Deo cognitionem habere, omnibuſque donis cumulari geſtis, Chriſtũ adito, qui te docebit, ac bonis ſuis ditabit: mundũ vero, nil niſi futilia ac inutilia docentem ac donantem, miſſum facito.

3. *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Conſidera *in primis* ingentem hominum,

minum, quem peccatis inſumunt perpetrandis, laborem, ac grauem conſcientiæ ſarcinã, quæ ob vnum tolerãda mortale flagitium. 2. Chriſtum ſolum hanc nobis poſſe ſarcinam adimere: cum officium eius ſit recreare ac conſolari. 3. Eum non velle, vt ſine aliqua ſaltem ſarcina ſeu iugo ſimus: Licet illud ſuaue ſit, & onus, leue. Idque ideo vel *inprimis*, quod non, niſi quæ rationi ſunt cõſentanea, iubeat. *Dein* vero, quod etiã diuinæ opis ſuæ iuuamine præſto nobis ſit in tolerãdis laboribus, mandatiſq; ſuis adimplendis. Diaboli porro ac mundi præcepta, grauia comprimis ſunt ac difficilia: vtpote quæ nil quærant aliud, quam vt ſub onere concidamus.

O beate Apoſtole Matthia, qui poſt CHRISTI in cœlos aſcenſum, communi Apoſtolorum ſuffragio in Iudæ proditoris locum es ſubſtitutus, quique Euangelica prædicatione

mone te accuſante ac calumniantẽ faciet, ſi ex corde totus ei adhæreſcis. 2. Pluris eum facere miſericordiam, quam ſacrificium. Ideoque nullam habes iuſtam querulandi cauſſam, ſi nonnunquam ob impendendum proximis obſequium, non queas tuo pro voto Eccleſiam frequentare.

O beatiſſime Apoſtole iuxta ac Euangeliſta Matthæe, qui à Chriſto ex teloneo vocatus, eum ſuis cum Diſcipulis prandio mox excepiſti, vt ad eius verba plures adhuc eiuſdem tecum farinæ peccatores conuerti poſſent, tu Euangeliſtarum es primicerius, qui in gratiam Iudæorum Hebraice, octauo poſt necem Chriſti anno, Euangelium quod in Æthiopia prædicâras, conſcripſiſti; plurimoſq; per hoc ad melioris vitę frugẽ poſtliminio reuocaſti: vtpote Regem vna cum coniuge, vniuerſamque adeo prouinciam, excitando

tando defunctã Regis filiam. Tuo quoque incitata conſilio Iphigenia, Chriſto ſuam ſacrauit virginitatem; ita vt ea de cauſſa ab Hirtaco, præfati Regis ſucceſſore, Iphigeniæ cõiugium nequidquam affectante, ſacram ad aram conſiſtens, ac ſacris operans, crudeliter interemptus ſis. Ora pro nobis, quatenus quiſque pro ratione ſtatus ſui, animæ corporiſq; caſtimoniam illibatam conſeruemus.

ORATIO.

Beati Apoſtoli & Euangeliſtæ Matthæi, Domine, precibus adiuuemur; vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SANCTO BARTHOlomæo, Euangelium Lucæ 6.

1. E*Xiit IESVS in montem orare.* Conſidera

ſidera *in primis*, Chriſtum in montem exiiſſe, cum bis ſenos ſibi eſſet delecturus Apoſtolos: in oratione ſiquidem pernoctabat, ſed luce iam aduentante, de Apoſtolis ſibi adſciſcendis ſollicitus erat. 2. Tria nobis eligenda incumbere: 1. certum aliquod vitę genus, in quo perpetim degere cupimus; 2. aliis aliquem dignitatis officiique ſtatum acquirere. 3. id de quo ambigimus, exactius indagare. 4. Vt Chriſtum in quauis electione ſequamur, ne à ſcopo aberremus. Et *primo* quidem, vt à mundano nos tumultu ſequeſtremus. *Dein* vero, vt cor ad cœleſtem eleuemus montem, ad diuinę maieſtatis præſentiam. *Tertio*, vt Deum orantes, ſedulo diſquiramus, quid nam gratius ei ſit, quidve in hora mortis elegiſſe feciſſeque nos voluiſſemus. *Poſtremo*, vt diurno eligamus tempore, id eſt, fulgente iam luce:

luce: quando ſenſus nullus ſunt paſſionum nebulis obfuſcati.

2. *Et elegit duodecim ex ipſis.* In hac electione *inprimis* cõſidera, Petrum vbiuis obtinere primas, vtpote caput Eccleſiæ. 2. Chriſtum duodecim elegiſſe idiotas, plebeios; quorum nonnulli piſcatores, alii telonarii extitêre, &c. non vt tu illiteratus concionandi tibi munus vſurpares, aut inidoneos ad aliquam Eccleſiaſticę functionis dignitatem cooptares (toto namque triennio eos docuit, largiendo illis donum intellectus, ac gratiam Spiritus ſancti, vt quidquid eis inculcaret, caperent ac obſeruarent) ſed probè vt cognitum haberemus, fidem & Eccleſiam, haudquaquam humanum, ſed diuinum eſſe opus. 3. Elegiſſe eum quinque ex cognatione ſua: erat enim tunc Apoſtolicæ functionis munus laborioſum ac difficile: quatenus ſolliciti ſimus eos præ cæ-

teris ad perfectionis ſtatum prouehere, qui nobis conſanguinitatis vinculo proximiores exiſtunt. 4. Etiam inter cæteros Iudam elegiſſe: neminem cõtemnes eorum, qui ſeruire ei cupiunt. Ora igitur eum, vt & te ad perfectionis ſtatum euocet.

3. *Et deſcendens cum illis.* Docere nos volebat, ſe omnia eccleſiaſticæ functionis munia ideo *in primis* inſtituiſſe, vt noſtram commodius ſalutem promoueret. *Deinde*, vt proximos quoque noſtros ad virtutis perfectioniſq; ſtudium accuratius perduceremus. Conſidera igitur, quid officii tibi incumbat, & quo pacto hæc duo execut⁹ fueris. Apoſtoli namque cœleſtem gloriam, non niſi adminiſtrando Apoſtolatũ ſecundum Chriſti voluntatem ſunt conſecuti.

O beatiſſimæ Apoſtole Bartholomæe, tu Chriſti Euangelio Indiã illuſtrans, in magnã deinde Armeniam

niam contendiſti, vbi Palemonem regem vna cum vxore, ac duodecim oppidis ad fidem cõuertiſti. Quod ægre admodum ferentes idolorum Sacerdotes, fratrem regis in te concitarunt, qui te viuum excoriaret, ac capite truncaret. Ora pro nobis, vt depoſita veterum delictorum noſtrorum pelle, nouum induamus hominem, qui ſecundum Chriſtum ſit, in ſanctitate & iuſtitia.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandam ſanctamque lætitiam in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti, da Eccleſiæ tuæ quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum noſtrum, &c.

DE SANCTO THOMA, EVANgelium, Ioan. 20.

1. T*Homas qui dicitur Didymus.* Conſidera *inprimis*, Thomã nõ fuiſſe in cæterorum cõſortio Apoſtolorũ, quando Chriſtus clauſis eos forib⁹ inuiſit: ideoq; in incredulitatem ac

ſuperbiam eum incidiſſe: ſibi ipſi plus fidendo, quam cęteris Apoſtolis omnibus: tum etiam irreuerentius cum Chriſto ſeſe gerendo, cuius vulnerum cicatrices, tactu non minus quam viſu explorare præſumpſit. 2. In eundem erroris labyrinthum incidere eos qui extra vniuerſalis Eccleſiæ gremium degunt, quique à ſanctorum ſe conſortio ſeparantes malis ſociant. Tu itaque bonis ſemper adhæreto, vt inter eos Chriſti queas præſentiam ſentire, ac ſinceras deuotionis pietatiſque virtutes addiſcere.

2. *Dominus meus, & Deus meus.* Obſerua hic eximiam corporis Chriſti ſanctitatem ac virtutem, cuius vnico duntaxat contactu Thomę intellectus illuminatus, animus vero humiliatus eſt. Tu idem hoc ſacratiſſimum Chriſti Ieſu corpus, in auguſtiſſima euchariſtia, omni deuotionis affectu frequenter ſuſcipito. Prima

ma namq; eius operatio erit, tuum vt intellectum ad diuinæ cognitionis gratiam promoueat, & vt peccatorum tuorum deformitatem exploratus cognoſcas. Etenim cacodæmonis opus, obtenebrare & excæcare, velut in Sampſone ac Sedechia patet.

3. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti.* Thomas credebat Chriſtum, quem tangebat ac cernebat, hominem eſſe ac Deum, imo Dominum quoq; ſuum. Quam equidem fidem, etiam abs te expoſcit Chriſtus, vt morem ei geras, eiq; adhęreſcas: ſequendo eum vti hominem: honorando vero ac amando, vti Deum. Sola namque fides intellectus, haudquaquã tibi proderit. Thomam porro fides ſua in Indiam vſque eum pertraxit, vt gentes natione barbaras prædicando ad CHRISTVM perduceret. Conſidera igitur, quid nam tu boni tua fide præſtiteris, & reperies forſan

ſan plura penes te incredulitatis opera, quæ in peccatum tibi cedant, reſidere, quàm fidei: quæ nil niſi virtutum opera nos docet.

O beatiſſime Thoma Apoſtole, cognomēto Didyme, tu varias plane regiones peragraſti, ac plurimum boni quaquauerſum prædicando perpetraſti: tu Parthos, Medos, Hircanos, Brachmanos, Tabrobanos conuertiſti. Tu vbi Indos inuiſiſti, eoſque in Chriſtiana religione inſtituere occepiſti, iuſſu crudeliſſimi Regis eorum lanceis transfixus, occubuiſti. Ora pro nobis, vt in virtutum palæſtra gnauiter ad finem vſque decertemus: ſimul ac Catholicis opitulare Sacerdotibus, qui inter gentes natione barbaras, Chriſti fidem prædicant.

ORATIO.

Da nobis quæſumus Domine, beati Apoſtoli tui Thomæ ſolennitatibus gloriari: vt eius ſemper & patrociniis ſubleuemur, & fidem

Digitized by Google

fidem congrua deuotione ſectemur. Per Dominum,&c.

DE SANCTO MATTHIA Euangelium, Matt.11.

1. *COnfiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ.* Conſidera *inprimis*, ſapientes hoſce ac prudentes, à quibus ſua abſcondit myſteria Deus, homines eſſe faſtu turgidos: diuina namque ſapientia, humiles potiſſimum requirit. Ea propter humilis eſto, atque Eccleſiæ, tuorumque adeo ſuperiorum monitis pareto, vt DEI prudentiam conſequaris.
2. Rationem, cur mundi huius ſapientes, Dei non capiant ſapientiam, hanc eſſe, quod animo ſint elati. Tum etiam, quod humilitas, quæ in CHRISTI latet myſteriis; vtpote paupertas, obedientia, ſui ipſius deſpectio, atque id genus alia, à mundo non queant intelligi.

3. Chri-

3. Chriſtum in Patris ſui voluntate exhilarari: quatenus tu nulla de re vehementius gaudeas, quam de diuina adimplenda voluntate.

2. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* *Primo*, Chriſtus iam nunc vti homo, abſolutum habebat cœli terræq; dominium. Vnde lætandum tibi, te fratrem habere creaturis omnibus imperitantem. 2. Chriſto non omnia eſſe donata, ſibi vt ſoli ea duntaxat adſeruaret, ſed vt nos quoque eorundem faceret eſſe participes. 3. Chriſtum ſolum plene perfectéq; Patrem cognoſcere. Quã ob rem, ſi ſinceram de Deo cognitionem habere, omnibuſque donis cumulari geſtis, Chriſtũ adito, qui te docebit, ac bonis ſuis ditabit: mundũ vero, nil niſi futilia ac inutilia docentem ac donantem, miſſum facito.

3. *Venite ad me omnes, qui laboratis.* Conſidera *in primis* ingentem hominum,

minum, quem peccatis inſumunt perpetrandis, laborem, ac grauem conſcientiæ ſarcinã, quæ ob vnum tolerãda mortale flagitium. 2. Chriſtum ſolum hanc nobis poſſe ſarcinam adimere: cum officium eius ſit recreare ac conſolari. 3. Eum non velle, vt ſine aliqua ſaltem ſarcina ſeu iugo ſimus: Licet illud ſuaue ſit, & onus, leue. Idque ideo vel *inprimis*, quod non, niſi quæ rationi ſunt cõſentanea, iubeat. *Dein* vero, quod etiã diuinæ opis ſuæ iuuamine præſto nobis ſit in tolerãdis laboribus, mandatiſq; ſuis adimplendis. Diaboli porro ac mundi præcepta, grauia comprimis ſunt ac difficilia: vtpote quæ nil quærant aliud, quam vt ſub onere concidamus.

O beate Apoſtole Matthia, qui poſt CHRISTI in cœlos aſcenſum, communi Apoſtolorum ſuffragio in Iudæ proditoris locum es ſubſtitutus, quique Euangelica prædicatione

tione Iudaicas paſſim regiones imbuiſti, ac tandem in vlteriorem cōtendens Æthiopiam, martyrii ibidem palmam es adeptus, intercede pro nobis, vt cœleſti in regno, reproborum poſſimus Angelorum loca ſupplere, eaq; in omnem æternitatem poſſidere.

ORATIO.

Deus qui beatum Matthiam Apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti; tribue quaſumus, vt eius interuentione, tua circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

DE S. MARCO EVANGEliſta, Euangel. Luc. 10.

1. D*Eſignauit Dominus IESVS & alios ſeptuaginta duos.* Chriſtus voluit *in primis* diuerſos habere in Eccleſia ſua operarios ac miniſtros. Vnde Apoſtolos elegit duodecim, in quorum locū ſuccederent Epiſcopi: Dein vero Diſcipulos ſeptua-

ginta

ginta duos, Presbyterorum videlicet anteſignanos. Quibus ea potiſſimum incumbit cura, vt Epiſcopis qua populum docendo, qua Sacramenta adminiſtrando, ſuppetias ferant. 2. Non miſiſſe Chriſtum Diſcipulos hoſce, niſi binos ac binos: tum vt fraternæ charitatis coniunctionem nobis commendaret, tum vt ſemper actionum noſtrarũ alios velut teſtes adeſſe vellemus. Non enim decet clam quidpiam agere, cuius alios conſcios eſſe nolimus: quippe, cum ſingula quæque dicta factaq; noſtra etiam occultiſſima, in extremo iudicii die coram Angelis ac hominibus publicãda ſint. 3. Miſiſſe eos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem ac locũ, quo erat ipſe venturus. Quia 1. homines loca diſponunt, at Chriſtus opus cõſummat. 2. Homines laborant, at Chriſtus eorum labores viſitat, iudicat, remunerat.

2. Meſ-

2. *Meßis quidem multa.* Id eſt, agri frumento egregie ſunt onuſti, ſed pauci ſunt qui metant. Conſidera *in primis* frumentum adhuc in agris conſtitutum, ſtramine contineri: ſtramina vero plus occupare loci, quam frumentum. Et illa quidem currum implent, hoc vero ſaccum. 2. Homines frugi, eſſe ſegetes; improbos, ſtramenta: & quemadmodum hęc ſegetes conſeruant ac portant, ita etiam malos cōſeruare bonos, ſiue id fiat iuuando eos, ſiue aduerſitatibus exercendo, per quas boni ſubleuantur. Eſto tu bona ſeges, ſeu potius meſſor, qui Chriſto in lucrandis proximorum animabus adiumento ſis. 3. In agris ſtramentorum nonnulla altiora, alia demiſſiora conſpici: cum vero meſſoria ſunt falce reſecta, ſtipulas remanere æquales. Ita etiam cum hominibus hoc in mundo agitur: quorum alii ſublimiores ſunt, alii infe-

riores:

Digitized by Google

riores: poſt mortem vero nulla in defunctorum oſſibus diuerſitas conſpicitur.

3. *Rogate ergo Dominum meſſis.* Cō-ſidera *in primis*, Chriſtum ceu Dominum meſſis, rogari velle vt idoneos mittat ſuam in meſſem operarios: non quod aliis Chriſti meſſis magis ſit cordi, quam ſibi: ſed vt nos doceat, quidquid in hanc meſſem operæ impenditur, non tam in Chriſti, quam metentium, hominum videlicet, emolumentum fieri. 2. Orationis neceſſitatem, qua ſine, Chriſtus multa ſæpe non largitur. 3. Valorem ac neceſſitatem verbi Dei: quo pro Chriſtus precibus vult interpellari, à quo id dun-taxat donatur. Diligentes itaque aures audiendo Dei verbo commoda, quoaduſq; id tibi iam permittitur. Peccata ſiquidem noſtra ſæpe numero magnam promeremur diuini verbi annonam: velut in hæ-

reticorum ditionibus ad oculum cernere licet.

O beate Marce, Petri Apoſtoli diſcipule ac interpres, qui rogatus Romæ à fratribus Euangelium ſcripſiſti, ac cum eo in Ægyptum perrexiſti, primuſque Alexandriæ Chriſtum annuncians, Eccleſiam B. Petri nomine conſtituiſti: atque ibi poſtea pro fidei confeſſione tentus, funibus vinctus, & per ſaxa raptatus, grauiterque afflictus, ac demum in carcerem reductus, angelica es viſitatione confortatus, tandemq; per martyrii palmam ad cœleſtia regna vocatus; intercede pro nobis, vt in Chriſtiana viuentes perfectione, cœleſtis tandem coronæ participes efficiamur.

Oratio.

Deus qui beatum Marcum Euangeliſtam tuum, Euangelicæ prædicationis gratia ſublimaſti; tribue quæſumus eius nos

ſemper

ſemper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum, &c.

DE S. LVCA EVANGEliſta, Euangelium Luc. 10.

1. E*cce ego mitto vos.* Conſidera *in primis,* neminem ad cõcionandum cathedramq; occupandum prouolare debere, nî prius à Chriſto legitime vocetur. 2. Eum vnumquemque noſtrum mittere, vt operemur bonum ad omnes, maxime vero ad domeſticos fidei. 3. Etiamſi ob virtutis ſtudium, bonamq́; doctrinam odio habeare, non tamen ideo mirandúm aut indignandum. Miſſus es enim ſicut ouis inter lupos. Vnde ouium naturam ſeruato, ſicuti mali luporum imitantur mores, ſeu proprietates. 4. Quo *miſerabilius* incedis, eo te vberiorem editurum fructum: diuino duntaxat innitendo præſidio, cuius voluntate mitteris.

2. *Infirmos curate.* Conſidera *imprimis*, quantopere Chriſto diſpliceat, ſi doctores eius ac legatos non ſuſcipiamus vel audiamus. In quo quidem obeundo negotio noli eſſe indiligens, Nam eiuſcemodi contemptores (vti Chriſtus alicubi ait) grauiores dabunt ſocordiæ ſuæ pœnas, quam Sodoma vel Gomorrha. 2. Non oportere cum eiuſcemodi hominibus vllam habere conuerſationem, imo puluerem quoque eorum, in abominationis ſignum excutiendum: quippe, qui nequitiæ ſuæ cœno, quidquid contingunt, defœdant, ac inquinant.

O beatiſſime Euangeliſta Luca, è ſeptuaginta duorum Diſcipulorum numero non infime, (ſi Epiphanio credimus) medicorum expertiſſime, pictorumq; artificioſiſſime, qui mundum quaquauerſus elegantiſſimis aliquot (vti Nicephorus teſtatur) tum Chriſti, tum geni-

Digitized by Google

genirricis eius, picturis impleſti ac ornaſti; qui beatiſſimæ Virgini Mariæ familiaris admodum extitiſti, quæ te, de infantia Chriſti Saluatoris plurima edocuit, vt ea literis ad poſteros tranſmitteres; tu Euangelicam tuam hiſtoriam Græcis græce conſcripſiſti, Chriſtumq; in Italia, Dalmatia, ac Macedonia prædicaſti. Tu indiuiduus Pauli comes extitiſti, ac octogenarius tandem, ab infidelibus ex fructifera ſuſpenſus oliua celebrem martyrii palmam conſecutus es.

ORATIO.

Interueniat pro nobis, quæſumus Domine, ſanctus tuus Lucas Euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore, pro tui nominis honore portauit. Per Dominum noſtrum, &c.

* * *

Digitized by Google

IN DIE SANCTORVM Innocentium, Euangelium Matthæi II.

1. A*Ngelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph*. Conſidera *inprimis*, Angelos diligentem bonorum hominum curam agere, eiſque etiam intempeſtę noctis ſilentio, dum ſopori indulgent, ſalutares complures inſpirationes ſuppetere. 2 Malitiã eorum, qui nequaquam creatori parcunt ſuo, quatenus propriũ honorem, commodum ac dignitatem mordicus conſeruent. 3 Sanctiſſimam hanc familiam in Ægyptum exulatum abiiſſe, atque magna in paupertate inibi vixiſſe. Quo quidem exilio regioni illi Chriſtus eam largitus eſt benedictionem, quæ etiamnum ibidem perſeuerat, vt nimirum heremitæ aliquot eximiæ ſanctimoniæ eas Ægypti partes incolendas ſibi delegerint. Tu itaque Chri-

Digitized by Google

Chriſtum libens etiam in tuum excipito hoſpitium, vt bene tibi precetur, diuq; tecum maneat.

2. *Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis.* Eorum hîc *inprimis* conſidera hominum miſeriam, qui non omnem in Deum ſpem ſuam coniiciunt: verum in continuo verſantur timore: quando interim boni tranquilli ſemper degentes, Deum ſolum reuerentur. 2. Magos hoſce, regis iuſſa ſpernentes, dolo bono vſos. Quotquot enim Chriſtum probe norunt ac viderunt, nullatenus pertimeſcent mundum ludibrio ac deſpectui habere, quantumcunque etiam hæc vel illa minitetur. Nemini quippe peius, quam ſibi ipſi, mundus conſulit.

3. *Occidit omnes pueros.* Conſidera *in primis*, obſtinatum tum Herodis, tum ſatellitum eius pectus, ac dira præcordia, nec non mœſtitiam parentum, orbitatem filiorum ſuo-

rum deflentium. Qui vti nunc in cœlis conſolantur, ita iſti in inferno cruciantur, enecantur. 2. Deum permiſiſſe tam immane infanticidium, *primo* quidem vt hac ratione natiuitas ſua mundo clarius innoteſceret: *dein* vero, vt ab innocentibus hiſce puerulis teſtimonium conſequeretur. *Tertio*, ad annunciandum natiuitatem ſuam Patribus in limbo degentibus. *Poſtremo* vero, vt per tam horrendum crudeliſſimorum hominum facinus oſtenderet, tempus eſſe in mundum vt veniret, hiſque malis remedium adferret. Diſce nullum committi malum, niſi diuino permittente numine. Ergo

Saluete flores Martyrum,
Quos lucis ipſo in limine,
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.
Vos prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener

Aram

Aram ante ipſam ſimplices
Palma & coronis luditis.

Vos itaque qui pro CHRISTO interempti, cœleſti nunc gloria perfruimini, precum veſtrarum ſubſidio nobis opitulemini, quatenus Chriſtianę puritatis ſanctimoniam, ac vitæ innocentiam plene perfectéque conſequamur.

ORATIO.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes Martyres, non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt; Omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Qui viuis & regnas, &c.

DE SANCTO STEPHANO,
Euangelium, Matth. 23.

1. E*cce ego mitto ad vos Prophetas.* Cõſidera *inprimis*, Deum ab exor-

dio mundi ſemper idoneos ei ſuffeciſſe Doctores, ac de ſufficientibus, ad diuinam hauriendam cognitionem, ſalutemq; adipiſcendam, mediis prouidiſſe. 2. Improbos eiuſcemodi ſalutis media contemnere. 3. Eos ideo graues omnipotenti & dediſſe & adhuc dare pœnas, ob ingratitudinem videlicet nimiam. 4. Deum tamen ideo nullum ad virtutem nos cohortandi, finem facere. Tecum iam nunc cogitato, quoties diuinæ extiteris vocationi iuſſioniq; inobediens, & eaſdem pro ingratitudine tua pœnas pertimeſce.

2. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus.* Conſidera *in primis*, filios nõ puniri ob parentum ſuorũ olim perpetrata delicta, modo eorũ ſceleratis veſtigiis non inſiſtant. Verũ vbi in familia aut Republica aliqua eadẽ flagitia diu frequentãtur ac iterantur, tunc tandẽ eiuſcemodi familiã omnium delictorũ pœnas merito luere,

luere, atq; adeo etiam nonnunquã penit⁹ extirpari. Par eſt enim, vt qui ſceleribus parentum inſiſtunt, eadẽ cum iis ſupplicia ſubeant, tantoq; acrius puniantur, quanto magis hæreditariã illam improbitatẽ ſceleris acceſſione cumularũt. Eam ob rem diligenter, circumſpice, familiam vt tuam à pręteritis ſcelerum noxis expurges. 2. Bonos habere familiaritatem ac participationem cum viris iuſtis in rebus bonis: malos vero cũ malis in malo. Nõ quod alii aliquid eis affricent mali, ſed quod eo poſtmodum acerbiores ſint ſcelerũ ſuorum luituri pœnas, quo plures ſecũ damnationis comites habuerint. Quemadmodum ignis, plurimorum acceſſione lignorum, intentius ardet.

3. *Quoties volui congregare filios veſtros.* Cõſidera *inprimis*, ineffabilem diuinę bonitatis clemẽtiã, quę quouis tẽpore ꝓ ſalute noſtra mirum in

modum extitit ſollicita. 2. Deum nos cupere per charitatem ſuam ſibi adunare ac deuincire. Improbi ſiquidem charitatis expertes, tum à Deo, tum à ſeipſis diuiſi diuulſiq́ue ſunt. 3. Obſtinatam atque ingratam improborum hominum voluntatem, optimam Dei intentionem aſpernantium, adeoq́; impedire cupientium: quod & tibi ſæpe vſu venit. 4. Deum iure merito eos aliquando reiecturum, qui hic dicto eius morem non geſſerunt, ſed potius eum contempſerunt, ac reiecerunt Eius igitur vocationem obſerua: vtpote, qui te ſibi, & ſanctis ſuis vnire deſiderat.

O beatiſſime prothomartyr Stephane, qui à primis Chriſti fidelibus vnà cum aliis ſex ad Diaconatum cooptatus, atque Apoſtolicarum impoſitione manuum ad hoc es conſecratus ac iniciatus, vt Epiſcopo ſacris operanti ad aram adſiſteres,

ſteres, iuuares, ac miniſtrares (ea nãque in re te B. Iacobo, primo Hieroſolymorum Antiſtiti opitulatum fuiſſe, auctor eſt Ignatius, Apoſtolorum itidem diſcipulus) nec non & pauperum Chriſti fidelium, qui de Eccleſiæ facultatibus ſuſtentabantur, curam gereres; tu tanto cum animi feruore diuinæ prædicationi inſiſtebas nemo vt reſiſtere ſapientiæ tuæ poſſet. Ideoque à Iudæis graui lapidum imbre obrutus ac enecatus es: pro quibus tamen genibus in terram fixis precabâre: potiſſimum vero pro Saulo adoleſcente, qui & precum tuarum feruore ex Saulo factus eſt Paulus, id eſt, ex lupo, agnus. Ora etiam pro perſecutoribus noſtris, vt poſita omni lupina ferocitate, manſuetudinem induant ouinam.

ORATIO.

Da nobis quæſumus Domine imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere:

gere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

DE SANCTO LAVRENtio, Euangelium Ioan. 12.

1. N*Iſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit.* Conſidera *inprimis*, Chriſtum ſe ipſum ob humilitatem ac vtilitatem ſuam hoc loco per granum frumenti intelligere. Quam quidem vtilitatem in nos dūtaxat deriuare voluit, obeūdo pro nobis mortem, ac varios ſuo in corpore cruciatus ſuſcipiendo.

2. Granum hoc frumenti, cœleſtem nobis concinnare panem, quo in ſacra reficimur ſynaxi: quatenus eius quoque proprietates ſimul nobis adſciſcamus; vtpote humilitatē, manſuetudinem, atq; id genus alias virtutes. Quēadmodū n. cibus corporalis corpus recreat; ita & cibꝰ hic ſpiritalis, animas noſtras refocillat,

3 Opti-

3. Optimum bene de proximis merendi modum eſſe, ſi quis ſe ipſum frangat ac mortificet: quemadmodum ſancta mater Eccleſia, per frequentem Martyrum internecionẽ, maius indies incrementum capit. Sanguis namque Martyrum, ſemen eſt Chriſtianorum.

2. *Qui amat animã ſuam, perdet eam.* Conſidera *in primis*, charitatẽ illam qua mali ſeſe mutuo proſequuntur, non tam eſſe ſincerã dilectionem, quam odium. Quippe, qui ne pro ſe quidem ipſis verum requirat bonũ, vitam videlicet æternam; ſed apparens tantum ac adulterinũ. Ideoq; Propheta Regius inquit, *qui diligit iniquitatem, odit animã ſuam.* 2. Bonos videri ſe ipſos odiſſe, quando prauis nõ acquieſcunt deſideriis, ſed viriliter iis reſiſtunt. Sed tunc maxime ſeipſos diligunt: vtpote quando concupiſcentia noſtra, malum potius quam bonum appetit. Eam

Eam ob rem laudabile ac ſalutare eſt corpus caſtigare, vt refrenetur, & ad cœleſtem capeſſendam gloriam melius qualificetur.

3. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.* Conſidera *inprimis*, Chriſtum neminem compellere, aut vi ad ſibi ſeruiendum inducere: ſed præmium duntaxat, quod miniſtris ſuis perſoluturus eſt, proponere. 2. Modum ſeruiendi Chriſto eſſe, vt quis eum ſequatur: ac vitam ita inſtituat ſuã, ſicuti is præceſſit. 3. Hanc ſeruicii huius mercedem futuram, quod in cœlis à Deo Patre honorificandus ſit. Cogita igitur *inprimis*, quantus ille honos ſit, quo Deus quempiam cumulat. *Dein*, quam facilis tibi ad eum conſequendum via pateat. *Poſtremo*, eum altiorem dignitatis honoriſq; locum conſecutum iri, qui Chriſtum in ſequendo propinquior hîc extiterit. Ea propter haudquaquam pigeat bene beateq; viue-

viuere: quippe, quando copioſa, nobis in cœlis merces repoſita eſt, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis comprehendit.

O beatiſſime Laurenti Martyr, Romanæ Eccleſiæ Archidiacone. Tu magnopere triſtabare, cum Sixtum Pontificem, te ſine, ad martyrii contendere palmam conſpiceres, ideoq; mœſta eum voce inclamans aiebas: *quo progrederis ſine filio pater? Quo Sacerdos ſancte ſine Diacono properas? Tu nunquam ſacrificaſti, nec offerre conſueueras ſine miniſtro. Quid in me ergo diſplicuit paternitati tuæ? Ad quem Sixtus: non ego te, fili, deſero, neque derelinquo, ſed maiora tibi debentur pro fide Chriſti certamina: poſt triduum ſequeris Sacerdotem Leuita.* Quo audito, ampliſſimas Eccleſiæ facultates, in pauperum vſus largiter erogaſti; prorſus vt Imperator vehementer indignatus, in craticulam te ferream coniectum aſſari iuſſerit. Tu, interim tyran-

rannum deridens, in has voces erumpebas: *Aſſatus ſum, iam verſa, & manduca: nam facultates Eccleſiæ, quas requiris, in cœleſtes theſauros manus pauperum detulerunt.* Sicque ad cœlum migraſti, vbi nunc cum Sixto Pontifice tuo perpetuum regnas. Ora pro nobis, vt temporalium rerum facultates adſpernẽtes, ad cœleſtia adſpiremus, nec propter CHRISTVM nobis ipſis parcamus.

ORATIO.

Da quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtroum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Dominum noſtrum, &c.

DE

DE SANCTO SEBASTIANO, *Euangelium, Lucæ 6.*

1. D*Eſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri.* Conſidera *inprimis,* ſeruatorem noſtrum Apoſtolis ſuis in monte pręclara aliquot pręſcripſiſſe Chriſtianæ conſequendæ perfectionis documenta. Quorum vt tu capax eſſe valeas, miſſum facito mundum, in quo non reperiuntur. 2. Quod deſcendens ad turbas plurimos inter eas inuenerit male habentes, ac ærumnoſos. Mundus ſiquidem vberrimus miſeriarũ campus eſt. 3. Eum omnes penitus curaſſe; vtpote, cum ea de cauſſa è cœlis in mundum venerit. Ea propter ſi ab animi tui ægritudine, id eſt, noxia viciorum concupiſcẽtia, perſanari geſtis, Chriſtũ adito, eius ſermones audito ac opere adimpleto: tum

Digitized by Google

tum etiam cum hac turba, contingere eum in Sacramentis ſuis contendito: potiſſimum vero in confeſſione, per quam diabolus in fugam præcipitatur; atque in venerabili altaris Sacramento, cuius præſidio vicioſæ curantur paſſiones.

2. *Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos, dicebat.* Conſidera *in primis*, Christi inceſſum admodum fuiſſe decentem ac modeſtum oculis in terram verecunde demiſſis: quatenus nos inſtrueret, diligentem oculorum noſtrorum curam gerere, ne deprædentur animas noſtras: vtpote, quando mors per haſce ſolet ingredi feneſtras. 2. Coniicere eum oculos in Diſcipulos ſuos: oculi namque Domini ſuper iuſtos, quorum actus ac cogitatus cum gaudio intuetur. 3. Laudare inſuper eos de ſua paupertate, eſurie, perſecutione, &c. diuites vero de ſuis opibus, gaudiis, ac conſolationibus, increpare.

pare. Itaque tu iam animo tecum diſpice, quorum veſtigiis inſiſtere malis.

3. *Merces veſtra multa eſt in cœlo.* Conſidera *inprimis*, decere, vt boni Chriſti fideles longe alios habeant affectus ac deſideria, quam homines mundani. Hi namque ducentes in bonis dies ſuos exultant in honore, dignitate, cōmoditate, &c. Iſti vero in paupertate, humilitate, deſpectione, &c. 2. Oportere ſemper oculos in cœlum ſurſum intentos habere: vt conſiderantes quam ampla nobis ſit illic repoſita merces, non deficiamus in tribulationibus pro Chriſto æquanimiter tolerandis. Quin & illud tecum cogita, operarium videlicet gaudere, quod plurima habeat elaboranda, vt eo plus lucri acquirat.

O beatiſſime Sebaſtiane Martyr, qui ſub Diocletiano Imperatore, cum haberes primatum primæ cohortis,

hortis, eſſeſque occultè Chriſtianus, quo poſſes cæteros Chriſti athletas ſuis incruciatibus roborare, ac facultatum tuarum præſidio ſubleuare; iuſſus es ſub Chriſtianitatis titulo medio in campo ad palum deligari, & militum ſagittis confici: qui cœlitus dein perſanatus, animoſe tyrannum crudelitatis ſuæ increpaſti. Vnde virgis atrociter cæſus ac neci datus, in cloacam præcipitatus es: ex qua, tuo monitu B. Lucina corpus tuum extrahens, ſepulturæ reuerenter tradidit; Intercede pro nobis, atque in tormentis nos corrobora, in aduerſis conſolare, atque in quouis neceſſitatis genere opitulare.

ORATIO.

Infirmitatem noſtram reſpice, omnipotens Deus; & quia pondus propriæ actionis grauat, B. Sebaſtiani Martyris tui interceßio glorioſa nos protegat. Per Dominum noſtrum, &c.

DE

DE SANCTO RVMOLDO, Euangelium Luc. 14.

1. SI *quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem.* Conſidera *in primis*, Chriſtum in omnibus, ac præ omnibus diligi velle: prorſus vt ſi quis aliquid ſupra ipſum, ac ſine ipſo diligat, nequaquam bonus ſit dicendus Chriſtianus. 2. Quemadmodum odio habemus vas veneno intoxicatum, quod vero præſtanti refertum eſt vino, diligimus, idque non tam vaſis, quam vini cauſa; ita neminem, niſi diuini numinis reſpectu adamare oportet. 3. Poſſe nos iure animam odiſſe noſtram, ſi nos prauo ſuo deſiderio ad malum cōtra Deum incitat. Ideoq; pro aduerſario noſtro habere eam, debemus: non facientes quę ei placent, ſed quæ diſplicent. Sic autem agen-

agendo, noſtram toleramus crucem, vtpote cum id ſine cruciatu haud fiat.

2. *Quis ex vobis volens turrem ædificare.* Conſidera *in primis*, non fas nobis eſſe exiguam in cœlis ædiculam conſtruere, ſed eximiæ magnitudinis turrem. Illic namque præclara ac ingentia omnia eſſe conuenit, vt Deus in domibus eius, vt Pſalmiſta concinit, cognoſcatur. Eam ob rem, noli paucis contentus eſſe operibus, ſed magnifice omnia & cumulate perage: ingentes largiendo eleemoſynas, magna edendo pœnitētiæ opera, feruentes plurimarum orationum preces effundendo, &c. cœlo nimirum dignas. 2. Premeditatè ſingula quæq; peragenda, vt num præſtando pares ſimus, prius conſideremus. Qui etiamſi ex nobis inchoatum perficere opus non queamus, haud tamen ideo de diuinæ opis præſidio deſperan-

ſperandum. Prædiuitem etenim ac prępotentem in cœlis habemus Dominum ac parentem. 3. Ingens illud dedecus, quod inſtabiles manet, quando à bono deficiunt propoſito.

3. *Quis rex iturus committere bellum?* Conſidera *inprimis*, reges nos eſſe, vt viriliter contra dæmonem, mundũ, carnem, decertemus: ideoq́; nullatenus conuenire, vt otio, quaſi nullum penitus habeamus hoſtem, tempus teramus. 2. Nonnullos ad grauiora prouocari prælia, vt ſe ſuaque omnia deſerant, viuẽdo in paupertate, caſtitate, obediẽtia: ad quæ non omnes obligantur. Ideoq; qui hunc in ſe ſpiritum perſentiſcit, haudquaquam temerarius in eo eſſe debet, ſed circumſpectus ac meditabundus. 3. Chriſtum diuerſos habere diſcipulos, omnes nimirum *in primis* Chriſtianos, in ſtatu gratiæ conſtitutos; quibus omnibus po-

N tius

tius renunciandum, quam vt vno eum lethali offendas peccato. Dein vero Apoſtolicæ vitæ æmulos, ad perfectionis ſtatum contendentes: quibus re ipſa omnibus renunciandum quæ poſſident: vt ſunt opes, corpus, anima, voluntas, intellectus. Atque hi ſelectiſſimi ſunt eius diſcipuli, quorum accuratiorem præ cæteris curam gerit.

O beatiſſime martyr Rurnolde, Scotorum regis fili, qui deſertis patria, parentibus, nobilitate, & archiepiſcopatu Dublinenſi, Romanum adiiſti Pontificem: cuius benedictione ac permiſſu Mechlimam prædicationis ergo contendiſti, vbi Libertum, Adonis Comitis filium à mortuis reſuſcitaſti, ac tua illic pro deuotione ſacellum excitaſti: occiſus tandem à duobus tuis cæmentariis, Anno à Chriſti partu ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quinto. Quorum vnus auri cupidine flagrabat,

bat, alter vero adulterii abs te increpatus erat; obſecramus te, vt Mechlinienſem hanc ditionem, quæ te in patronum ſibi adſciuit, defendas, vrbemq́; tuam Mechlinienſem, quā ad Chriſti fidem conuertiſti, & in qua etiamnum glorioſe quieſcis, ab hoſtili incurſu protegas. Opitulare porro omnibus te deuote inuocantibus, ac iuuamen tuum depoſcentibus.

ORATIO.

Omnipotens DEVS, qui ſanctiſſimum tuum Martyrem Rumoldum in quouis virtutum genere roboraſti, vt honores opeſq́; contemnens, atque in voluntaria paupertate viuens, diuini verbi prædicatione gentiles ad fidem tuam melius conuerteret; largire nobis quæſumus, vt eius exemplo mundi huius proſpera, amore tui, contemnamus, nullaq́; eius aduerſa formidemus.

Per Dominum noſtrum & cæt.

DE SANCTO MARTINO, Euangelium Luc. 11.

1. *NEmo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio.* Conſidera *in primis*, Chriſtum verum eſſe lumen, è cœlo ad nos miſſum, qui nos qua doctrinis, qua exemplis ſuis illuminaret. Candela alios ſuo igne illuminat, calefecit, ſeipſam vero ardẽdo cõſumit. Ita & Chriſtus nos illuminauit, inflam̃auit vt carnẽ ſanguinemq; ſuum penitus pro nobis impenderet, ac conſumeret. 2. Debere & nos lumen eſſe, per diuinæ gratiæ opem, in nobis ipſis; proximis vero virtutum exemplis, clare prælucendo, nec nobis ipſis amoris efficacia parcendo.

2. *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus.* Conſidera *in primis*, quod quemadmodum non ſolum externi luminis admi-

adminiculo cernimus, ſed requiritur etiam interim aliquod in nobis lumen, quod eſt oculus; ita etiam fidem, aut cognitionem Dei, haudquaquam ad ſalutem ſufficere: ſed oportere inſuper in omnibus noſtris actionibus, bonam intentionem habere. 2. Hanc intentionem quo ſimplicior exiſtit, eo nos clarius illuminare. Eſt autem ſimplex, quando Deum præ oculis duntaxat habens, ad nullas res creatas eam conuertitur. Sunt etenim mortalium nonnulli ea potiſſimum de cauſſa Deo famulantes, quod ab eo præſtolentur honores, diuitias, aut ſimile quid: quorum intentio non recte in Deum fertur, ſed per creaturarum diuerticula, quas Deo in amore præferunt, animum potius ad has, quam ad illum conuertunt.

3. Vide ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Conſidera *in primis* in-

tentionem noſtram obtenebrari, quando mala eſt: tunc etenim animam noſtram tetra obducit caligine. 2. Spiritales tenebras multifarias eſſe, ac per quodlibet mortale peccatum contrahi. 3. Animam lethalis peccati expertem, clare ante diuinæ maieſtatis conſpectum lucere, ſanctiſque omnibus impenſe placere: illuminat ſiquidem Eccleſiam, quemadmodum beatus quoque Martinus, qua monitis qua exemplis, eandem præclarè illuminauit.

O præclariſſime Pontifex ac Cõfeſſor Martine, qui miles adhuc, & necdum baptizatus, haud contemnendam chlamydis tuæ partem, pauperculo cuidam in porta vrbis Ambianenſis tibi occurrenti libens volenſq; es elargitus; qua cum in ſequenti nocte Seruator noſter conſpiciendũ ſeſe tibi præbuit, dicens; *Martinus adhuc catechumenus hac me ve-*

ſte

Digitized by Google

ſte contexit. Tu aliquanto pòſt baptiſmatis ſacramento initiatus, ac Turonis Epiſcopus conſecratus, ſanctiſſimam illic cum octoginta monachis vitam vixiſti, atque in hora mortis dæmonem tibi adſtantem conſpicatus, animoſe allocutus es dicens: *quid hic adſtas cruenta beſtia, nihil in me funeſtum reperies, Abrahæ me ſinus excipiet,* ſicque immaculatū tuum ſpiritum Deo obtuliſti, impetra nobis ab eodem conſcientiam puram, confidentiam firmam, vitam inculpatam, atq; abſolutā rerum omniū caducarum contemptionem.

ORATIO.

Deus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus; concede propitius, vt interceßione B. Martini confeſſoris tui atque Pontificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per Dominum noſtrum, &c.

* * *

DE SANCTO NICOLAO, Euangelium Luc. 19.

1. H*Omo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.* Cõſidera *in primis*, Chriſtum hunc eſſe nobilem: qui ob diuinitatem ſuam, atque etiam (humanam ſecundum naturam) ex ſtirpe prognatus Dauidica, nobilitate pollet: multiſq; præclaris virtutum ſtudiis nobiliter excellit. 2. In cœlos eum eſſe profectum, vt acciperet ibidem regnum, quod tum ſibi, tum nobis pretioſo ſuo ſanguine mercatus erat. 3. Velle ipſum, vt idem hoc regnum gratiæ ſuæ præſidio, quam vnicuique largitur, nobis quoque lucrifaciamus.

2. *Negotiamini tum venio.* Conſidera *in primis*, poſſe nos in mundi huius mercatu, plurima, per Dei gra-

gratiam, operibus noſtris, ac liberæ voluntatis adminiculo lucrari. 2. Nō eſſe poſt hanc vitam vllum merendi, ſed fruendi tempus. 3. Eandem Dei gratiam, pro cuiuſque diligentia, plus minuſve mereri. Tu vero pro viribus enitere, vt quantum quantū potes, lucreris: perpetuum namque illud futuræ vitæ tempus, plurimorum indiget adminiculo meritorum.

3. *Et factum eſt vt rediret,* Conſidera *inprimis*, Chriſtum non ſolum in generali, ſed & in particulari cuiuſq; hominis iudicio, ad nos redire. 2. Quatuor eum inuenire famulorum genera. Quorum *primi* apprimè ſint boni: qui in Eccleſia plurimas lucrantur animas; vtpote Epiſcopi, Presbyteri, aliique Eccleſiaſtici Prælati. *Alii*, qui interdum bene quidem operantur, ſed non pro viribus: quemadmodum ſæculares bonæ vitæ Chriſti fideles. *Tertio*, qui

nullum notabile admittunt peccatum, ſed nec virtutibus interim inſiſtunt. *Poſtremo*, qui Chriſtum odio proſequuntur: quemadmodũ peccatores omnes, capitales Dei hoſtes. Qui quidem ſuis pro facinoribus, perpetuos ſuſtinebunt gehennæ cruciatus: tertii propter incuriã ſuã ac ſocordiam, priuati bonis quę habebant (quemadmodum & hic denario ſuo) inferni ſunt pœnis adiudicati. Quippe, cum non ſufficiat deſiſtere à malo, niſi bonum etiam operemur: quod non facere, malũ eſt agere. Cæteri vero duo priores pręmiis afficiuntur: licet primus cumulatiori, vtpote cum decem vrbium adminiſtrator conſtituatur.

O beate Pontifex ac Confeſſor Nicolae, qui à teneris vnguiculis abſtinentiæ operibus inſiſtens, nec quartis nec ſextis feriis, vbera voluiſti ſugere materna: ac ſecularis adhuc exiſtens, trium filiarum proſtitu-

ſtitu-

ſtitutionem auertiſti, diuinaq; reuelatione factus es Myxeorum in Lycia Epiſcopus: quique Conſtantino Imperatori longe abs te diſſito apparens, eidem ne in trium miniſtrorum ſuorum ſanguinem deſęuiret, iniunxiſti, in ipſoq; adeo Nicæno Concilio, vna cum Epiſcopis plus quam trecentis Arrium ſacrilegii condemnaſti, ac tandem anno poſt Chriſti in cœlos aſcenſum 343. lætus hinc emigraſti: tuarum quęſumus præſidio orationum, conſtantiam nobis, atque in quouis virtutum genere perſeuerantiam, cœlitus impetra.

ORATIO.

Deus qui beatum Nicolaum Pontificem innumeris decoraſti miraculis; tribue quæſumus, vt eius meritis & precibus à gehennæ incendiis liberemur. Per Dominum, &c.

DE SANCTO ANTONIO,
Euangelium, Luc. 12.

1. S*Int lumbi veſtri præcincti.* Conſidera *in primis*, Chriſtum quatuor à nobis flagitare. Quorum *primum*, vt præcincti nulla nos in via ſalutis, mortalis peccati labe contaminemus. *Dein*, vt lucernas ardentes, bona nimirum opera, in manibus habeamus. *Tum*, vt ſemper de aduentu Chriſti, morte videlicet noſtra, ſolliciti, nihil perpetremus eorum, quę dolori poſtmodum nobis eſſe valeant. *Poſtremo*, vt in omnibus operibus vigiles diligenteſq; ſimus. Cōſidera 2. Chriſtum ex cœleſtibus ad nos venire nuptiis, vt ad eaſdem nos inuitet, perducatque.

2. *Beati ſerui, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Conſideranda hic quatuor, quæ Chriſtus diligentibus erit præſtiturus famulis. *In primis* namq; ſeipſum præcinget.

Sancti

Digitized by Google

Sancti namq; ſua pro facultate diuinam cõtemplabuntur eſſentiam, & tamen non plene perfecteq; infinitatem eius comprehẽdent. *Dein*, faciet eos accumbere, atque in omni quietis genere deliciari. *Tertio*, tranſibit per eos, id eſt, familiariter eos inuiſet, conſolando exhilarandoq;. *Poſtremo* etiam miniſtrabit eis: vtpote, quos diuinitatis ſuæ eſſentia cibabit ac recreabit.

3. *Et vos eſtote parati.* Conſidera *in primis*, Chriſtum ex mortali hac vita nos ſubtracturos, cum id minime cogitabimus: alios in iuuentute nonnullos citius, pleroſq; tardius. 2. Non eſſe cogitandum tibi, eum tunc venturum, te quando te quàm optimè ad mortem diſpoſueris. Multi enim mortalibus obnoxii peccatis hinc abripiuntur, cum prius fuiſſent boni, vti Saul, Iudas, Nicolaus Diaconus, & cæt. 3. Chriſtum hac incertudine ideo ſuſ-

 penſos

penſos nos tenere voluiſſe, vt non ex timore, & ad tempus duntaxat ſeruiamus, ſed ex amore, ac perpetuò. 4. Stolidè eos agere, qui vitæ differunt emendationem, quod arbitrentur ſe adhuc diu ſuperuicturos: qui ſemper parati eſſe deberet, ſi forſan breui euocãdi forent. Sanctus Antonius ſemper in procinctu erat, atquè ideo in aduentu Domini lætabatur.

O beatiſſime Antoni, Abba ac Confeſſor, tu per inſignem vitæ ſanctimoniam ita dæmonem ſuperaſti, tibiq; ſubieciſti, nomen vt exoſum habeat tuum. Precare igitur pro nobis, atq; in diabolicis ſuccurre tentationibus, ne ab animarum noſtrarum capitali hoſte vllo vnquã tempore ſuperemur.

ORATIO.

Interceſſio nos, quæſumus Domine, beati Antonii Abbatis commendet, vt quod no-

ſtris

ſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dominum noſtrum, &c.

AD SANCTVM FRANCISCVM.

O Sanctiſſime Confeſſor Franciſce, qui Diuitis Mercatoris exiſtens filius, Deo vouiſti, neminem te, qui amore eius abs te eleemoſynam petiturus foret, vacuum dimiſſurum: qui mundum relinquens, veſtibus coram Epiſcopo te ipſum ſpoliaſti, relictiſq; parenti rebus omnibus caducis, in hæc verba erupiſti: *Poſthac ſecurius mihi dicere licebit, Pater noſter qui es in cœlis,* quaſi nō agnoſceres parentem vllum in terris. Tu ſanctiſſimæ Franciſcanæ familiæ auctor es & architectus, te Chriſtus plurimis cōdecorauit miraculis, ac ſacris ſuis ſtigmatibus inſigniuit. Tu, qui hodierna die, anno poſt natum Chriſtum 1226. ad

cœle-

cœleſtem patriam contendiſti; Ora pro nobis, vt tuo edocti exemplo, nihil in hoc mundo concupiſcentes, ſurſum ſemper ad Chriſtum corda eleuemus.

ORATIO.

Deus qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas; tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum, IESVM Chriſtum, &c.

DIE FESTO CATHEDRÆ S. PEtri *Antiochiæ, Euang. Matt. 16.*

1. Q*Vem me dicunt homines eſſe filium hominis?* Cōſidera *primo*, Chriſtum ſcire velle, de ſe quid homines ſentiant dicantve: quatenus diligēter circumſpicias, quid de eo loquare: non tantum verbis, ſed multo magis operibus. Si namque malus ac intimoratus es, nequaquam vitæ tuæ conuerſatione Chriſtum Deum eſſe

eſſe fateris: vtpote, omnia per ſapientiam ſuam videntem, omnia per iuſtitiam punientem: omnia denique per infinitam potentiam vindicare valentem. Conſidera *ſecundo*, omnes plurima de Chriſto bona prædicaſſe, neminem mala; fuit namq; vitæ penitus inculpatæ. Sic & tu nemini quoque occaſionem præbeto, aliquid de te ſiniſtre loquendi aut ſentiendi: ſed ita potius vitam inſtitue tuam, vt quidquid de te male dictum fuerit, fidem apud alios non mereatur. Quin & Chriſtũ, bene vt de te ſentiat, teq; apud Patrem ſuum cœleſtem commendatum habeat, orato. Conſidera 3. nonnullos in ea fuiſſe opinione, quod arbitrarentur eum eſſe Ioannem Baptiſtam, Eliam, Ieremiam, aut cæterorum Prophetarũ quempiam: quod eorum virtutes cumulate in eo reſplenderent. Tu quoque piorum hominum virtutes peruigil

uigil æmulare, defectus interim eorum miſſos faciens: de quibus tamen multo ſæpius, quàm de rebus eorum bene geſtis, colloquia miſcere ſoles.

2. *Vos autem, quem me eſſe dicitis?* Conſidera *inprimis*, Beato cum Hieronymo, quod Apoſtoli nequaquã homines, ſed dii appellantur. Vere namq; qui ſe probũ exhibet Chriſti fidelem, is per gratiam Dei, filius potius Dei eſt, quàm purus homo. Magni ergo facito gratiam Dei, quæ tantopere te extollit. 2. *Petri* feruorem, exemplo reſpondentis: ne verecunderis te ſeruum Dei confiteri, quem cæteris in amore creaturis præferas. 3. Petrum hic *beatum* prędicari, *primo* quidem quod *Simon*, id eſt, obediens nuncupetur. *Dein* vero, quod *Bar-iona*, filius videlicet columbæ, ſimplex, humilis, manſuetus. *Tertio*, quod Deo potius, quã carni ſanguinique morem gereret.

Tu

Digitized by Google

Tu quoque CHRISTVM, eadem vt beatitudine potiare, orato.

3. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,* Conſidera *inprimis*, Chriſtum B. Petro, vices ſuas obeunti, tria ingentia ac comprimis neceſſaria bona contuliſſe. Quorum *primum* eſt, conſtantia in fide, *alterum*, claudendi reſerandiq; regni cœleſtis poteſtas: *tertium*, ſuprema ſoluendi ligandiq́ue authoritas. Ea propter ſemper honorare debes cathedram Petri, omnique cum animi demiſſione tuos reuereri Spiritales ſuperiores: quorum ab hac cathedra omnis emanat auctoritas. Conſidera 2. etiam in hoc mundo portas eſſe infernales, diabolicam videlicet potentiam ac prudentiam, ne nimium ſis ſecurus, ſed ſemper pauidus, cogites te in iugi conſtitutum prælio, prorſus vt cum tartareo hoc hoſte confligere oporteat.

HODIE

Hodie B. Petrus ſuam collocauit Pontificalem Antiochiæ cathedrā, deligens ſibi, per celebrem Syriæ metropolim, in præcipuum totius Chriſtianæ plebis Oecumenicum Epiſcopatum, vt inde toto imperitaret Orbi, idque factum anno reparatę ſalutis triceſimo octauo. Cęterorum vero Apoſtolus nullus peculiaris alicuius vrbis Antiſtitem agebat, præterquam Iacobus minor, qui cum frater Chriſti nuncuparetur, Hieroſolymorum Epiſcopus extitit. Erant ſiquidem Legati Chriſti paſſim per Orbem, Petrus vero ſolus Paſtor, cum perpetua vniuerſalis huius curæ functione. Poſtmodum tamen diuinæ viſum fuit voluntati, inquit Marcellinus Papa, vt Petrus ſuam hanc cathedram, ſimul ac pontificalem auctoritatem, anno Domini quadrageſimo quinto, die vero Ianuarii octauo decimo, Romam transferret, vbi etiamnum

Digitized by Google

num perſeuerat, atque ad mundi vſque finem ſine vllo erroris næuo, integra illibataque permanſura eſt. Ideoque te rogamus beatiſſime Petre, opitulare Eccleſiæ tuæ ſanctæ, eamque è cœlis rege: impetrando nobis pariter conſtantiam in fide, & omnimodam erga ſuperiores noſtros obedientiam ac reuerentiam.

ORATIO.

DEVS qui Apoſtolo tuo Petro collatis clauibus regni cœleſtis, animas ligandi atque ſoluendi pontificium tradidiſti; concede vt interceſſionis auxilio à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

IN DIE CONVERSIONIS S. Pauli, Euangelium Matt. 19.

1. *ECce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Cõſidera ſingula quęque Diui Petri verba: 1. *ecce.* Eſt ete-

nim res rara ac mira, ſingulariſque Dei gratia, reperiri videlicet in hoc mundo nequam nonnullos, qui relictis facultatibus omnibus totos ſe diuino numini nuncupant. 2. *Nos.* Hoc namque prudentes, nobiles, diuites, haud faciunt, ſed nos pauperes, ignobiles, piſcatores, opifices. 3. *reliquimus omnia*: non ſolum bona noſtra externa, vtpote exigua, verum etiam intentionem nil amplius poſſidendi, voluntariæ paupertatis voto conſtabilitam: imo corpus & animam, voluntatem & intellectum: quæ nobis chariora proximioraq; ſunt. 4. *& ſecuti ſumus te.* inhærentes iuſſioni tuæ, tuiſque veſtigiis, exemplis ac documentis inſiſtentes. Non enim ſufficit reliquiſſe omnia, hoc namque & Crates fecit Philoſophus, ſed oportet Chriſtum inſuper voluntarie ſequi. 5. *Quid ergo erit nobis?* Hæc inſignis eſt fiducia eorum, qui vitam ſuam diuino in obſequio tranſegerunt: il-

li ſiquidem in hora mortis libere ſuam expoſcent mercedem. Quod tam audacter non facient, qui non tam Deo, quam ſibi ipſis laborarũt: quique hic factorum ſuorum præmiũ conſecuti ſunt. Ideoq; te ipſum excita, ad laborandum viriliter in vinea Domini, idque æternæ potius retributionis ſpe, quã momẽtaneæ.

2. *Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me.* Chriſtũ ſequuntur, qui eum diligunt, omniaq́; miſſa facere mallent, quã ei diſplicere: at perfectius adhuc ſequuntur, qui ſolemni ſe voto paupertatis adſtringentes, omnia relinquunt, ſicuti Chriſtus re ipſa omnia relinquit, nõ habens vel tãtillũ vbi caput ſuũ reclinaret: qui quidem voluntarii ſunt pauperes. Atq; hi *inprimis* admodum ſunt felices, quod in hoc mundo Chriſti ſint domeſtici: à quo & ſuſtentãtur, conſeruantur, adiuuãtur, defenſantur; vtpote amantiſſimi eius filii.

Dein

Dein vero poſt hanc vitam Iudices conſtituentur mundi, aſſidentes Chriſto, ac cum eo, ceu Scabini ac Senatores quidam ſententiam pronunciabunt. Si te igitur honoris titillat cupido, adnitere pro viribus, ad hunc vt honorem peruenias, totius videlicet mundi honores excedentem, atque in omnem æternitatem durantem. Ad hunc peruenit Doctor Gentium, qui ad Chriſtum conuerſus, mox omnibus poſthabitis, Euangelicæ ſeſe prædicationi accinxit, plurimoſq; conuertit.

3. *Et omnis qui reliquerit domum.* Si quis non omnibus ſeſe abdicauerit, ſed nonnullis duntaxat, etiam ſua potietur mercede: maxime ſi ob trium aliquod horum id fecerit, *Primo* quidem amore Dei, ſicuti Euangeliſta hoc loco ait, *propter nomen meum.* *Dein*, vt verbum Dei melius annunciet, ſicuti Marcus inquit, *propter Euangelium.* *Poſtremo*, vt cœle-

ſtem

ſtèm conſequatur gloriã, quemadmodum Lucas dicit, *propter regnum Dei.* Tales ſiquidem centuplum hîc accipient, id eſt, internam conſolationem, quæ ad temporalia ſi conferatur bona, centupliciter excedere: poſtmodum vero vitam æternam poſſidebunt. Conſidera igitur, quanti facultates tuas Deus reputet. Quas amoris ergò ei offers. Pro terrenis namque cœleſtia, pro tranſitoriis ſempiterna, pro vilibus denique dat pretioſa. Largire itaque Chriſto liberaliter: maiori enim cum fœnore affatim rependet, nec abs te ſuperari ſe liberalitate ſinet.

STEPHANO lapidibus anno Chriſti 34. obruto, Paulus (qui tum Saulus) perſequebatur Eccleſiam, lapidantium veſtimenta cuſtodiẽs. Verum enimvero ſanctus hic martyr feruenter pro eo orabat, inquit Auguſtinus, ita vt etiamſi toto inſequẽti anno obſtinatus in malo per-

O ſeue-

ſeueraret, preces tamen Stephani, quas pro eo fuderat, exauditæ ſunt. Cum enim anno 36. Damaſcum, continuandæ perſecutionis ergo contenderet, CHRISTVS ingenti cum lumine conſpiciendum ſe hodierna die ei præbuit, dicens; *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Et CHRISTVM quidem ipſe conſpexit, licet ſocii minime. Verùm nimia luminis claritate perculſus, oculorum aſpectu ita orbatus fuit, vt aliorum opera Damaſcum perduci debuerit, ad Ananiam, à quo baptizatus, viſum perditum, recuperauit: factus dein feruidus Euangelii Prædicator, Apoſtolus, ac Doctor gentium. Vnde oramus te ô beatiſſime Paule, conſerua ſanctam, in fide CHRISTI, quam in ea plantaſti, Eccleſiam, eamque ab hæreſum, quibus longo iam tempore exagitata eſt, perſecutione eripe.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEVS qui vniuerſum mundum beati Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti, da nobis quæſumus, vt qui eius hodie conuerſionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum noſtrum, & cæt.

DE SANCTA ANNA, Euangel. Matt. 13.

1. *SImile eſt regnum cælorum theſauro, abſcondito in agro.* Conſidera *in primis*, Deum pretioſum in mundo abſcondiſſe theſaurum, quem pauci reperiant, licet omnes paſſim eum appetant: animi ſcilicet lætitiam ac conſcientiæ tranquillitatē.
2. Eum *in primis*, erui & inueniri in monaſteriis bene reformatis. *Dein* vero in nobis ipſis, quando corpus edomamus, noxiaſque viciorum paſſiones profligamus. S. Anna in

ſe inuenit filiam ſuam ſanctiſſimã, Dei genitricem aliquãdo futuram, ex qua omnem erat perceptura honorem ac dignitatem. Quin & tu pro viribus contende, hunc vt theſaurum reperias, qui te donis cumulabit ſempiternis, transferetq; te ex hac lætitia ad eam, quam nulla vnquam temporis vetuſtas obnubilabit.

2. *Iterum ſimile eſt homini negociatori, quærenti bonas margaritas.* Conſidera *inprimis*, omnes nos negociatores eſſe, nihilq; agere aliud, quam emere ac vendere: ſiue id cum Deo fiat bonis operum mercibus, ſiue cum dæmone, qui ob exigua quædam, & apparentia ſolum bona, animam tuam mercatur. 2. Margaritas nos à Chriſto coemere: ipſummet, qui pretioſiſſima eſt margarita, emendo, atque animam noſtram, quæ & ipſa pretioſa eſt margarita, eidem viciſſim offerendo atque oppigne-

pignerando. Caue ergo dæmoni eam ne vendas. Nam iuſtum *in primis* pretium haudequaquam pro ea tibi perſoluet. *Tum quoque* peſſime eam tractabit, comminuens eam, atque igne inextinguibili comburens.

3. *Simile eſt ſagenæ, miſſæ in mare.* Conſidera *in primis*, mundum eſſe mare, ſalſis refertum aquis, nequitiæque ſubtilitate profundum, piſces inſuper frigidos, id eſt, diuini amoris expertes, continens. 2. Piſces hos non ab aliis piſcibus, ſed hominibus capiendos: idque non tam aduncis hamis, quorum mucrone lædi ac vulnerari queant, ſed retibus, quibus integri conſeruentur. Ea propter ſi hominum conuerſioni operam dare cupias, inſtar hominis ratione præditi viuito, verbumque Dei eam in rem adhibeto, non autem mundi huius voluptates, quarum lenocinio animæ conuul-

nerantur. 3. Bonos piſces congregari, atque ad diuerſa cœleſtis regni loca, pro cuiuſque qualitate deportari. 4. Malos vero cacodæmoni, qui eos mactet ac perdat, coaceruandos relinqui. Sinas te itaque abs Chriſto capi, & ad regna cœleſtia perduci.

O ſanctiſſima Mater Anna, tu in Bethleem ex Gaziro, parente tuo prognata, de tribu Iuda, vniuira extitiſſe crederis, iuncta nimirum eiuſdem tecum familiæ Ioachimo. In magna vterque ſanctimonia vitam traduxiſtis: ternas in partes facultates veſtras diſtribuentes: vnam adſignaſtis pauperibus, templo alteram, tertiam vobiſmetipſis in neceſſarios vſus retinuiſtis. Ex te nobis nata eſt caſtiſſima Virgo MARIA, quam in templo triennem obtuliſti, vt tum à Presbyteris, tum

tum à deuotis mulieribus iuxta templum commorantibus, in omni virtutum genere erudiretur, optimiſque moribus imbueretur. Hodierna vero luce ex hoc mundo ad limbum translata, Patribus ibidem fauſtum, de CHRISTI nepotis tui aduentu, nuncium pertuliſti. Qui & tandem omnes in die reſurrectionis inde eductos, poſt dies admodum quadraginta, ad cœlos ſecum aduexit: vbi nunc cum eis perpetuum agis æuum. Intercede pro nobis apud filiam ac nepotem tuum, vt in hac lachrymarum valle ab omni viciorum næuo immunes, tandem ſine fine cum eis regnemus.

ORATIO.

DEVS qui beatæ ANNÆ tantam gratiam conferre dignatus es, vt Mariæ Matrem tuam in vtero ſuo portare mere-

Digitized by Google

reretur; da nobis per interceßionem matris & filiæ, tuæ propiciationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore complectimur: earum precibus adiuti, ad cœleſtem Hieruſalem peruenire valeamus. Qui viuis & regnas, &c.

DE S. MARIA MAGDALENA, *Euangelium Luc. 7.*

1. R*Ogabat Ieſum quidam de Phariſæis, vt manducaret cum illo.* Diſce ab hac muliere ſincerum peragendæ pœnitentiæ modum. Venit namque *in primis* inſigni cum ſpei fiducia, nec iuſſa nec vocata. *Dein* Chriſti pedes ingenti cum amore, humilitate & deuotione abluit. *Tum* etiam omnem ornatum ac mundum muliebrem abiecit. *Quin* & retro ſecus pedes eius ſtetit, ſequi modis omnibus parata. *Poſtremo* iiſdem plane modis ac mediis, quibus offende-

ſendere eum ſolita erat, honorauit, placauit. Sic & tu noli differre confeſſionem tuam, quoadúſque alii te ad eam exſtimulent, deplora facinora tua, humiliando te, ac largas in pauperes eleemoſynas erogando. Tum denique ad Sacerdotes conuola: qui etiamſi non omnes ex æquo ſancti ſint, apud eos tamen Christus quæri ac inueniri vult.

2. *Videns Phariſæus qui vocauerat eum.* Conſidera *inprimis*, haudquaquam ſatis fore, externis ſtudere bonis operibus, qualia comprimis ſunt ieiunare, orare, eleemoſynas erogare, niſi & interiora qua fide qua charitate exornata ſint. 2. Chriſtum nullatenus gratias agere Phariſæo, ſed potius exprobrare, quod non pro virium ſuarum facultate egerit. Quam ob rem, in nullo penitus extolleris, ſed potius ſerio tecum cogitabis, te ſemper minus Deo præſtare, quam obligêris.

3. *Remittuntur ei peccata multa.* id eſt: quemadmodum debitor, cui plurimum eſt donatum, plus creditorem ſuum diligit, quam qui minori eſt relaxatus debito; ita & hæc mulier, per ingentia amoris ſui indicia magis oſtendit, grauiora ſibi condonata eſſe peccata, quam tibi; qui tantæ charitatis ſigna mihi nequaquam exhibuiſti. Conſidera, an tuorum enormitatem facinorum agnoſcas: quod ſi ſic, nihil tibi erit difficile pro honore ac amore Dei, qui tam ſæpe ea tibi relaxat, facere ac tolerare.

O beata Maria Magdalena, quæ publica exiſtens peccatrix, ſeptem obſeſſa dæmonibus, id eſt, omni viciorum ſpurcitie defœdata fuiſti. Tu Chriſto in Iudæa diuini verbi ſemen iaciente, verba eius ſedulo audiebas, atque in corde conſeruabas. Tu ſcelerum tuorum pœnitentia ducta domumque conuiuii

in-

ingreſſa, lauatos lachrymis pedes Saluatoris, capillis tuis deterſiſti. Quo etiam facto veniam merita, ita de cætero Chriſtum dilexiſti, adeoq; eidem adhæſiſti, tuis vt eum non modo facultatibus iuueris ac alueris, ſed & ſub cruce eidem adſtiteris; propter quod poſt paſſionem prima, cui ſe poſt virginem matrem conſpiciendum rediuiuus exhiberet, extitiſti. Tu poſt eius in cœlum aſcenſionem cum fratre tuo Lazaro, Martha ac Maximino, necnon & famula tua Marcella à Iudæis nauigio, remis clauoque deſtituto es impoſita, ac mari in incertum commiſſa. Cœleſti tamen ope Marſiliam appulſa, ibidem in ſpelunca quadam triginta tres annos in magna vitæ auſteritate tranſegiſti, ſepties in die angelico in aera miniſterio ſublata. Hodierna vero die ex hoc mundo ad meliorẽ vitã in cœlis perpetuo tranſigendam, emigraſti.

Ora pro peccatoribus omnibus, vt ex corde ſincerè conuerſi, feruenti CHRISTVM amore proſequantur.

ORATIO.

Beatæ Mariæ Magdalenæ quæſumus Domine ſuffragiis adiuuemur, cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis reſuſcitaſti. Qui viuis & regnas Deus, &c.

DE SANCTA CATHArina, Euangelium Matt. 25.

1. *SImile eſt regnum cœlorum decem virginibus.* Conſidera bonas ac malas virgines multis in rebus conuenire. Degunt namque *in primis* in vna eademq; Eccleſia, imo vna in domo, monaſterio, aliove contubernio. 2. Conſimilia etiam aliquot habent virtutum opera, ardentes manibus lampades geſtantes, quibuſcum

Digitized by Google

buſcum alios ædificent, illuminent, erudiant. 3. Norunt proinde ex fide, quid facto, vel non facto opus. 4. Simul pariter ſponſi præſtolantur aduentum: certæ, quod ſemel ſit obeunda mors; neſciæ tamen, quando. 5. Nemo plane eſt, quin interdum dormitet, cadens in peccatum. Verum enimuero id haſce inter & illas diſcriminis, *in primis* eſt, quod ſapientes oleo lampades probe concinnent, ornatæ interiori gratia, charitate, iuſtitia. 2. Quod de futuris ſolicitę identidem de morte, iudicio ac perpetua retributione cogitent. 3. Quod in omnibus ſuis dictis, factis, cogitationibus circumſpectæ ſint, vti prudentibus conuenit: cæteræ vero vti imprudentes, atque animantes rationis expertes, minime.

2. *Media nocte clamor factus eſt.* Nota clamoris huius vocem, mortis eſſe admonitionem, quæ *in primis*

magna eſt, quia bonos paſſim terret ac malos. *Dein*, quia intempeſtæ noctis ſilentio, id eſt, inopinato venit, quando rerum omnium ſecuri, de morte nullatenus cogitamus. *Tertio*, quia monet, ſponſo prodeundum obuiam. Cogita, quam diuerſimode duæ mulieres ſuos excipiant maritos, ſi vna omni cum honeſtate vixerit, altera vero impudice conuerſata, fœdæ libidinis ſordib9 cõſpurcata ſit: hæc enim timet, illa lætatur. Viue ergo nunc ita, vt in aduentu Chriſti lætari valeas.

3. *Date nobis de oleo veſtro*. Conſidera *inprimis*, dolorem ſerum, rarò eſſe verum. 2. Vnumquemque propriis ſuis habiturum opus virtutibus. In illo ſiquidem iudicio & ſeuere computatur, & nihil penitus dimittitur. 3. Cœleſtis regni fores, ſemel tibi poſt obitum occluſas, nõ amplius reſerandas. Degentibus porro in purgatorio, occluſæ non

ſunt,

ſunt, vtpote quorum emundationē præſtolantur. 4. Terribile illud verbum, *neſcio vos.* Quam ob rem, iam nunc cum Deo, aliiſque cœlitibus per eleemoſynas, cæteraque conſimilia, bonorum operum merita, familiaritatem ac notitiam contrahe: vt te tunc viciſſim quoque agnitos, facilius intromittant.

O ſanctiſſima Virgo Catharina, tu Alexandrini regis in Ægypto filia, atq; à teneris vnguiculis in omni ſcientiarum genere probe inſtituta, Maxentium tyrannum crudelitatis ſuæ arguiſti, atque oratores numero quinquaginta, vna cum Fauſtina Imperatrice, ac Porphyrio centurione, qui etiam omnes fidei cauſſa diuerſimode interempti ſunt, conuertiſti. Tu pro eâdem fide plumbatis cæſa, vndecim dierum ſpacio cibi potuſq; expers, in carcerem es detruſa. Terribiles rotarum machinæ, acutis inſtructę cultris, exitio

tuo

tuo paratæ ſtabãt, cùm ecce ad precum tuarum feruorem, ab Angelo confractæ diſſipatæque ſunt. Tandem vero gladio percuſſa es, corpus vero tuum ab Angelis in montem Sinai, vbi olim Deus Moyſi veteris legis tabulas commẽdauerat, tranſlatum, ſepulturæ traditum eſt.

ORATIO.

DEVS qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Sinai, & in eodem loco per ſanctos Angelos tuos, corpus beatæ Catharinæ, virginis & Martyris tuæ mirabiliter collocaſti, præſta quæſumus, vt eius meritis & intercesſione, ad montem qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus. Per eundem Dominum, &c.

AD SANCTAM BARBARAM.

O Sanctiſſima Virgo iuxta ac Martyr Barbara, tu Nicomediæ vnica nobiliſſimi opulentiſſimique gentilis Dioſcori filia, teneris ab annis

nis turri à parente es incluſa, atque ab origine in fide Chriſtiana inſtituta. Parente vero balneum duabus peruium feneſtris, conſtrui curante, tu in ſanctiſſimæ Trinitatis honorem, tertiam ſuperaddi præcepiſti. Quod ægre ferens pater, grauiter cæſam iudici tradidit, qui te inedia in carcere macerauit, virgis flagellauit, mammillis ſpoliauit, lampadibus vſtulauit, & vngulis denique ferreis miſerandum in modũ dilaniauit. Quibus ita peractis, parens ipſe tandem capite te truncauit, & fulgure continuo exuſtus eſt. Precare pro omnibus deuote tibi famulantibus, vt in timore Domini agentes, non ſine confeſſionis ſacræque communionis præſidio hinc emigrent.

Oratio.

Deus qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriã martyrii contuliſti, concede propitius, vt qui

beatæ

beatæ Barbaræ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.

AD SANCTAM MARGARETAM.

O Beatiſſima virgo ac martyr Margareta, alias Marina, tu Edeſſi, idolorum apud Antiochiam Piſidiæ, Sacerdotis, filia fuiſti. Olybrius Pręfectus tuas quidem nuptias procus ambiuit, ſed repulſam paſſus, cum te Chriſtianam eſſe intelligeret, mutato in odium amore diris te flagris excepit, vngulis laniauit, aliiſque tormentis excruciauit. In carcerem porro coniectam, diabolus ſpecie draconis vehementer terruit, exitium tibi minitatus: verùm enimuero ad ſacræ crucis trophæũ, quod decuſſatim in eum exprimebas, mediùs crepuit, ac euanuit: ac dein angelico confortata es præſidio. Poſtmodum vero ad locum mar-

martyrii perductæ, Chriſtus multis cum angelicis ſpiritibus viſendum ſe exhibuit. Hic igitur capite plexa, cum eiſdem ad cœlos victrix euolaſti. Ora igitur pro nobis, cacodæmonem vt ſuperantes, regni cœleſtis coronam adipiſcamur.

ORATIO.

Indulgentiam nobis, quæſumus Domine beata Margareta virgo & martyr imploret: quæ tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tua profeſſione virtutis, Per Dominum noſtrum, &c.

AD SANCTAM AGNETEM.

O Beatiſſima virgo ac martyr Agnes, tu nobiliſſima Romanorum filia, annorum tredecim cum eſſes, à Præfecti vrbis filio adamata es. Verum Chriſto iam deſponſata, hiſce eum verbis compellaſti: *diſcede à me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulũ mortis, diſcede à me, quia iã ab alio amatore præuẽta ſum, qui mihi meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei*

ſua

ſua ſubarrauit me: longe te & genere & dignitate nobilior. Cuius *generoſitas celſior, poſsibilitas fortior, aſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratia elegantior. Quem cum amauero, caſta ſum; cum tetigero, munda ſum, cum accepero, virgo ſum.* Hæc tu quidem non minus prudenter, quam conſtanter. Verum ille audiens te Chriſtianum eſſe, ad lupanar duci præcepit, ibique cum te violaturus aduentaret, ab Angelo interemptus eſt. Precum vero tuarum ſubſidio à mortuis reſuſcitatus, Chriſtum ſolum eſſe Deum proclamauit. Vnde ab Aſpaſio Iudice in ignem nequicquam coniecta, ac illæſa penitus egreſſa, gladio tandem cæſa es. Octauo vero poſt necem die, parentes inſigni te veſte cæteras inter virgines fulgentem conſpexere. Ora Deum, vt omnes Chriſtianorum liberi, à primæua ætate Chriſtum diligant ac ſequantur: qui vero annis prouectiores ſunt,

ſunt, tuo vt exemplo Deum ſummo amore proſequantur, nullamque aliam præter animæ pulchritudinem aucupentur.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas, concede propicius, vt qui beatæ Agnetis virginis & martyris tua ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per Dominum noſtrum, &c.

Ad sanctam Vrsulam.

O Beatiſſima virgo ac martyr Vrſula, Deonoti, Chriſtiani Britanniæ regis filia, à primis annis Chriſto virginitatis tuæ florem deſponſaueras. Petita vero in coniugium ab Etherio, ethnici cuiuſdam regis filio, cœleſti viſu monita, ea ratione conſenſiſti, vt ſponſus Chriſto prius nomen daret, decemque prima-

primariæ nobilitatis virgines tibi mitteret, quarũ quælibet mille adhuc alias ſibi ſociatas haberet, tibi v. dein ſeparatim adhuc totidẽ tuum in vſum adſignaret. Quibus ita peractis, cum tam inſigni præſtantiſſimarum virginum turma, aliiſq; tum Eccleſiaſticis, tum ſecularibus, Coloniam Vbiorum nauigio appuliſti, ibique ante vrbis mænia tuis cum ſodalibus ab Hunnis, Chriſtianæ fidei cauſſa, interempta es. Ora pro nobis cum ſodalibus tuis, atque in hora mortis, animas noſtras allatum aduola.

ORATIO.

Da nobis quæſumus Domine Deus noſter, & ſanctarum Virginum & martyrum tuarum Vrſulæ & ſociarum eius, palmas inceſſabili deuotione venerari, vt quas dignamente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Digitized by Google

AD SANCTAM FLORENTIAM.

O Beatiſſima Virgo Florentia, tu trium ſanctorum ſoror Epiſcoporum extitiſti, Fulgentii, Leandri, Iſidori, qui ſanctam literarum ſuarum monumentis Eccleſiam mire illuſtrârunt. A primis porro annis virginitatem tuam Deo conſecraſti, poſtmodum vero monaſticum amplexata inſtitutum, in tanta inibi vitæ ſanctimonia degiſti, plura vt alia ſeſe tibi monaſteria ſubiicerent. Roga Deũ, vt iucundũ virginitatis guſtum, adoleſcentulis noſtris inſtillare dignetur, aliaſque præterea pro cuiuſque conditione caſtimoniam amplecti faciat.

ORATIO.

DEVS qui nos annua beatæ Florentiæ ſolemnitate lætificas, da vt quam vene-

veneramur officio, etiam pia conuerſationis ſequamur exemplo. Per Dominum noſtrum, &c.

AD SANCTAM GVDILAM.

O Sanctiſſima virgo Gudila, quæ patrem habuiſti Witgerũ Comitem, Matrem Amelbergam: ad quorum petitionẽ ſanctiſſima Gertrudis te de ſacro fonte ſuſcepit, atque in omni virtutum genere educauit. Tu Deo ieiunando, orando, vigilando, aliaque pœnitentiæ exercitia obeundo, die noctuque ſeruiuiſti. Vnde nocte quadam Diabolus huic tuæ deuotioni inſidians, lucernam quam famula tua deferebat, extinxit, at tu orationum tuarum clypeo lumen extinctum reſtauraſti. Ora Deum, feruenti vt deuotione pectora noſtra inflammans, antiqui hoſtis inſidias à nobis propitius depellat.

ORA-

ORATIO.

Exaudi Domine preces noſtras, quas in beatæ Gudilæ memoriam tibi deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum, &c.

AD SANCTAM CLARAM.

O Sanctiſſima virgo Clara, nobilis apud Aſſiſios viri filia, quæ nouo beati Franciſci viuendi inſtituto excita, eius conſilio & auxilio, optimam quoque Deo ſeruiendi normam excogitaſti. Ad tui monaſterii fores Saraceni cum veniſſent, vt illud diſturbarent, teq; vna cum ſodalibus tuis inde profligarent, tu ad precum confugiens ſubſidium, venerabile ad te ſacramentum deferri curaſti, indeq;, Deum perpetuum vobis auxiliatorem futurum, cœlitus hauſiſti. Tu rigidam in variis pœnitentiis abſtinentiiſq; vitam tranſigens, percepta tandem

ex manibus Innocentii, eius nominis quarti Romani Pontificis ſacroſancta euchariſtia, ad ſuperos migraſti. Roga Deum, familiæ vt tuæ filias, perpetuo, ſicuti promiſit, defendat, earumque patronus exiſtat, noſque per te tuarumq; merita ac preces iugiter tueatur.

ORATIO.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beata Claræ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum noſtrum, & cæt.

AD SANCTAM ELISABETHAM.

O Beata vidua ac Regina Eliſabetha, præclarum viduarum coniugatarumque omnium ſpeculum. Tu Hungariæ regis filia, puellari ætate Ludouico Haſſiæ Landgrauio, quo cum ternas genuiſti proles, à parente diſponſata es. Coniugio

vero

Digitized by Google

vero iam tradita, marito tuo perquam morigera obſequioſaque extitiſti, corpuſculum tuum macérans ieiuniis, vigiliis, flagellis, orationibus. Finito autem puerperii tui tempore, ipſamet ſolita es tuis ad templum vlnis diſcalceata baiulare prolem, illamq́ue Chriſto offerre. Nunquam proinde ocioſa, aut fabulis intenta viſa, ſed diuinis quotidie Miſſæ ſacrificiis præſto, deuote admodum precabaris: nihil omnino de externo corporis tui ornatu ſollicita, vnde & ſingulari à Deo animi pulchritudine condecorata es. Pauperibus liberales ſemper porrexiſti manus, ſolita quotannis in die cœnæ Dominicæ duodecim egenis, miſeris ac ærumnoſis pedes abluere, adeoque & leproſorum manus pedeſq́; contingere ac deoſculari. Quin & Marpurgi Xenodochium erexiſti, ac nongentos quotidie pauperes cibo potuq́; re-

feciſti. Mortuo vero in bello iam coniuge, plurima ab amicis eius aduerſa æquanimiter toleraſti: bonis nimirum omnibus exuta, atque ad extremæ paupertatis inopiam redacta. Tuæ ſiquidem intentionis erat, nudam cum nudis Chriſtum ſequi, adeoque & oſtiatim (nï id tuus diſſuauiſſet confeſſarius, Pater videlicet Conradus, cui te in omnibus obſequētem exhibebas) annonam emendicare. Lana linoque victum de cætero quæritans, pauperes nihilominus quotidie in menſa habebas. Matris quoque poſt obitum anima, tibi ſecundum quietem apparens, tuis ex igne emendatorio precibus eſt erepta. Magna ſiquidem virtute preces tuæ pollebant, adeo vt iiſdem etiam adoleſcentem quendam libidini apprimè deditum ita conuerteris, vt ſe ad Franciſcanorum amplectendum inſtitutum confeſtim reciperet. Ægros etiam

Digitized by Google

etiam inuiſebas, & qui iam mortis in limine erant; ſacramentorum præſidio muniri curabas. Migratura vero ex hoc mundo, dæmonem horribili ſpecie conſpiciens, imperterrita aiebas, *diſcede infelix*. Dein cœleſtem audiens melodiam, ad meliora te regna euocãtem, ſuauiter Deo ſpiritũ exhalaſti. Ora igitur iam nunc pro viduis ac coniugatis, tuam vt obedientiam, humilitatem, manſuetudinem, patientiam, miſericordiam, pietatem, cæteraſq; eximias virtutes, conſectari comprimis ſtudeant. Quin & cæteris Chriſti fidelibus omnibus precum tuarum auxilio ſubuenito, quatenus in Orthodoxæ fidei ſinceritate, bonorumq; operum exercitatione, ad finem vſque conſtantes perſeuerent.

ORATIO.

Tuorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra, & beatæ Eliſabeth precibus glo-

rioſis fac nos proſpera mundi deſpicere, & cœleſti ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum, &c.

AD S. VIDVAM DIANAM.

SAlue ſancta Mater Diana, ſoror pudiciſſimæ Neræ matronæ, matris S. Bernardini Senenſis, quem teneris ab annis in timore Domini enutriſti, ac Deiparæ virginis cultum eidem ita inſeuiſti, vt nunquã deſineret eam colere, ſalutare, venerari: ſuamq; ei caſtitatem (quam in honorẽ eius Deo vouerat) commendare. *Solitus* ſiquidem ante eius effigiem geniculari, perſuadebat tibi ſe eximiæ venuſtatis puellam adamare. Quod ægrè quidem te habebat, quoadusque intelligeres, eam ſanctiſſimam eſſe Dei genitricem. In cuius etiam honorem habitum atque inſtitutum B. Franciſci eſt amplexus. De quo magnopere

pere gauiſa, tandem in omni vitæ ſanctimonia vitam finiens, in manus Angelorum animam depoſuiſti. Quam Bernardinus nepos tuus populum pro concione alia quadam in vrbe inſtituens, cœlum petentē conſpexit. Eſto & nobis precum tuarum interuentu propitia, vt ſanctiorem aliquem vitæ ſtatum amplectamur, matrem Dei veneremur, mundũ adſpernemur, ac poſt vitæ finem, cœleſtis regni gloriam conſequamur.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne DEVS, cuius gratia ſancta Diana vidua, famulũ tuum Bernardinum à ſecularis vitæ conuerſatione, ad ſacram religionem perduxit, eumq́ tam te, quam matrem tuam ſanctiſſimam venerari ac diligere docuit; obſecramus te, vt per eius preces ac merita; à mundi nos vanitate ad te pertrahere, gratiamq́ largiri digneris, quatenus nihil niſi te, ac cœleſtia diligamus. Per Dominum noſtrum, &c.

IN SOLEMNITATE omnium ſanctorum.

EVANGELIVM, Matt. 5.

1. *Beati pauperes ſpiritu.* Conſidera *in primis*, præſens hoc Euangelium ideo hodierna ſolemnitate in diuino recitari officio, quatenus doceamur, quibuſnam muniti præſidiis ſancti, ad æternam beatitudinem peruenerint: vtpote per octona hæcce virtutum opera, *octo beatitudines* nuncupata: tum ꝙ in hoc mundo quietem ac lætitiam nobis concilient, tum quod poſtmodum ſingularem mercedem conſequentur. 2. *Pauperes ſpiritu* ſunt humiles, ac voluntariæ paupertatis ſectatores, qui in hoc mundo præter Deum nihil adfectant. Tales iam nunc nonnihil in cœlum iuris habent, quod modo eis paratur: & quando eo peruenerint, donabitur. 3. *Mites* ſunt, qui in aduerſis, iniuriis, contumeliis

meliis non turbantur, qui corporis ſui poteſtatem habentes, illud ſibi ſubiiciunt: qui mundum non curantes cœleſti terra viuentium, perpetuum perfruentur. 4. *Beati qui lugent. Primo* quidem propter peccata propria, *Dein* proximorum. T*um* ob imperfectionem ſuam. *Quarto* ob Chriſti paſſionem. *Quinto* ob incolatus ſui prolongationem. Et hi quidem conſolabuntur, tum hic per internam conſolationem, tum in futuro, quando Chriſtus abſterget omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorum, & lętitiam ſempiternam dabit eis.

2. *Beati qui eſuriunt*. Quemadmodum qui eſurit, ad hoc *in primis* adnititur, vt famelicum ſatiet ventrē; ita qui magno potiundę iuſtitię deſiderio tenetur, nullum acquirendarum virtutum plurimarum finem facit. Et talis etiam ſatiabitur tranquillitate (*ſecura ſiquidem mens,*

quaſi iuge conuiuium, inquit ſapiens) tum cœleſtis regni epulis: De quibus Pſaltes regius: *ſaciabor cum apparuerit gloria tua.* Ibi namque nihil affectabimus amplius. 2. *Miſericordes* ſunt, quos proximorum ex animo miſeret, quibus & viribus opitulari ſtudent. Tales à Deo miſericordiam ſæpe in hac vita conſequuntur: ſed ſemper in futura, vbi peccata eorum longe mitius quam merentur, puniuntur. 3. *Mundo corde* ſunt qui ſuorum conſecuti veniam delictorum, de cætero ab iis ſtudioſe ſibi caueant. Hi in hoc mundo in cognitione Dei illuminantur, & poſtmodum faciem eius clare intuebuntur.

3. *Beati pacifici*, Conſidera *inprimis*, veram in eo ſitam eſſe pacem, vt quis diuinæ vnitus voluntati, nihil niſi quod Deus velit, adfectet. Et eiuſcemodi quidem pacem tum nobis, tum proximis adipiſci, obligati ſumus. Merces autem noſtra erit, vt

filii Dei ſimus, hic quidem per Spiritum Chriſti, poſtmodum vero per gloriam: vbi gloriæ noſtræ dignitas omnibus conſpicua erit. 2. Felices admodũ exiſtere, qui propter Deũ, aut bonum aliquod opus perſecutionem patiuntur, talibus ſiquidem regnum donandũ cœlorum. Quo enim hic majores quis ſuſtinet contumelias ac iniurias, eo ſublimiorẽ illic conſequitur locũ. Ea propter libẽter iniurias aliaq; aduerſa tolera: nõ vt mala ꝑpetres ſed ob bona quę facere cupis, & ob peccata tua, quæ aduerſa tolerãdo obliterare intendis, ac pro iis hac ratione ſatisfacere. 3. Iuſtorum beatitudinem longe ſecius ſe habere, quam hominũ mundanorũ. Boni namq; hic patiuntur, ac poſtmodũ lætãtur: mali hic exultant, & poſtea in inferno vehemẽter cruciantur. ꝙ hic patimur, momentaneũ eſt, fructus a. ſempiternus: eorũ lætitia perbreuis eſt, pœna inter-

minabilis. Compara igitur lætitiam cum triſticia, & vtram harum eligere cupias, diſpicito.

O vos ſancti omnes, quotquot glorioſe nunc cum Chriſto in omnē æternitatem triumphatis, diem hunc honori veſtro ſolemnem agimus, tum quod occurrentes ſuper annum feſtiuitates negligentius trāſigimus, tum quod numerus veſter copioſior ſit, quam vt à nobis exacte ſciri queat: obſecramus vos, precibus veſtris nobis pro viribus ſuccurrite. Quippe, qui cœleſti nunc gloria potiti, quid deſideretur nobis, plenius perſpectum habetis.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium ſanctorum tuorum merita, ſub vna tribuiſti celebritate venerari, quæſumus vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſ-

ſoribus

ſoribus largiaris. Per Dominum noſtrum, &c.

IN DIE OMNIVM fidelium animarum.

Meditatio I.

DE CERTITVDINE PVRGATORII.

COnſidera *inprimis*, tam in veteri quam in noua lege creditum eſſe, poſt vitæ huius decurſum locum eſſe quendam, in quo animę emundentur: eæ potiſſimum, quæ etſi lethalibus non ſunt contaminatæ flagitiis, venialibus tamen ſunt obnoxiæ, vel ſaltem pro abolendis mortalibus necdum plenæ ſatisfecerũt. 2. Variis id ſcripturarum locis comprobari, ſicuti & ipſa ſancta mater Eccleſia ſemper vbique docuit. 3. Poſſe id etiam conſtare ex magna illa puritate, quam ſcripturæ teſtantur, neceſſariam eſſe his, qui cœle-

ſtis regni hæredes conſtituentur. In illud enim nullum intrabit mendacium, nihilq; coinquinatum. (Apocal. cap. 21. verſ. 27.) imo ne verbum quidem otioſum (Matth. 12. verſ. 36.) multo vero minus grauinſcula quępiam venialia. Quin & verba illa Chriſti (Matth. 18. verſ. 3.) probe ſunt conſideranda: *Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis regnum cœlorum.* Si quis ergo hinc emigrat ſine hac paruulorum innocentia, debet poſt hanc vitam emundari, quoadusq; eam conſequatur. 4. In cœlis recipi diuinitatem in anima: quæ quia ſumma eſt puritas, à nulla poteſt anima recipi, niſi quæ penitus ſit munda, & ab omni vitiorum næuo aliena. Debet enim admodum eſſe nitidum, quod fulgebit in æternum. 5. Mortalium perpaucos vita fungi, qui non aliquid ſaltem emundandum habeant ſiue venialium delictorum, quęis ſine

vita

vita non ducitur: ſiue obligationis quidpiam de mortalibus, necdum condigna ſatiſfactione plene expiatis. 6. Deum miſericordiæ ſuæ ſinũ per hoc nobis aperire, quando etiã poſt obitum in igne illo emendatorio animas pœnarũ cruciatu à peccatis emundat, eaque tum peculiari viuorum ſuffragio, tum Eccleſiæ interuentu relaxat, cum ipſæ alioquin mereri amplius illic nequeãt. Multo namque ſatius eſt, temporali aliquo cruciatu præuio, diuino perfrui adſpectu, quam ſemper in ſordibus degendo, eodem in perpetuum priuari.

Meditatio II.

DE MAGNITVDINE POEnarum purgatorii.

COnſidera *in primis*, ſcripturam ſacrã cum de purgatorio mentionẽ facit, conſueſſe vti verbo *ignis*. Per quem pœnarũ maxima intelligitur: quippe

quippe cum nihil reperiatur in rerum natura, tam vehementer crucians, quam ignis. Niſi quod illud duntaxat diſcriminis purgatorium inter ac infernum reperiatur, quod illius ignis temporalis ſit, huius vero æternus. Ideoque vas electionis, (1. Corinth. 3. v. 15. de iis, qui cum venialibus decedunt, ait: *ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem.* Et Propheta Malachias (cap. 3. verſ. 2) Chriſtum ſeſſurum in iudicio *quaſi ignem conflantem, & colantem quaſi aurum & argentum.* Conſidera igitur quid ſit *conflare*, quid *colare.* 2. Sanctos Patres literis conſignare, nullum vnquam pro fide Martyrem, nullum pro ſceleribus facinoroſum, tam acerbos pertuliſſe cruciatus, quales illic ſubeundi. Purgatorius namq; ignis (vti ſanctiſſimus Presbyter Polycarpus ante annos mille trecentos, in rebus geſtis B. Sebaſtiani inquit;) tanto eſt feruentior noſtro igne,

igne, quantum hic diſtat à ficto ac picto. Cogita igitur de pœnis, quas Laurentius in ardenti craticula, & B. Bartholomæus in pellis detractione pertulit: nec non & alii paſſim martyres, qui horrendis ſunt excruciati ſuppliciis. Quod ſi hæc figmenta ac picturæ tantummodo ſunt, quid tunc re ipſa erit? 3. Haſce emendatorii ignis pœnas, in longum nonnunquam tempus durare: ita vt interdum ad ducẽtos vel trecentos annos, imo ad extremi vſque iudicii diem prorogetur. Quemadmodum liquet ex anniuerſariis defunctorum diebus, quos Eccleſia ad centenos aliquot annos precum ac ſacrificiorum interuentu frequentat. Deus namque ſuam illic oſtendit iuſtitiam, quæ maior ſeueriorque eſt, quam & cogitatione comprehendi, ne dum oratione explicari valeat.

Me-

Digitized by Google

Meditatio III.

CONCLVSIO PRÆCEDENTIUM.

DVo hinc *inprimis* hauriemus documenta. Quorum *primum*, nobis ipſis proficuũ erit: vtpote ſummam adhibere, ad euadendas vel ſaltem non diu tolerandas, purgatorii pœnas, diligentiam. Quod quidem *in primis* conſequemur inſtituendo accuratam peccatorum noſtrorum exomologeſin. 2. Condigna pœnitentiæ exercitatione ac pro eiſdem ſatisfactione. 3. Frequẽti pro maiori conſcientiæ puritate, confeſſione. 4. Multiplici bonorũ operum exercitatione, quibus peccata noſtra obliterantur, potiſſimũ vero largiori in pauperes eleemoſynarum diſtributione. Miſericordes namq; in die judicii miſericordiam conſequentur. 5. Sæpe numero deuote communicando. Nemo etenim efficacius pleniuſq; peccata valet

valet relaxare, conſcientiamq; melius emũdare ac exornare, quã Chriſtus ipſe. *Alterũ eſt*, ꝓ defunctis: quorũ nos miſereri meritò oportet. Sumus nãq; obligati opitulari eis; potiſſimum v. parentibus noſtris, atq; amicis bene de nobis meritis. De quorũ ſalute ſollicitos nos eſſe conuenit, nõ tã ſumptuoſa funeris põpa, aut ſolemni campani æris pulſu, luminariumq; plurimorũ accenſu, ac frequenti hominũ mundanorũ, parũ admodũ orantium, comitatu, (horũ ſiquidem nonnulla nimio faſtu animas potius aggrauant, quam charitatis deuotioniſq; affectu illuminant) quã reſtituẽdo *inprimis*, bona (ſi quæ ſint) minus recte parta. 2. creditoribus ſatisfaciendo. 3. eleemoſynas largiẽdo. 4. Miſſę ſacrificiũ celebrari curãdo. 5. Deũ pro defunctis orando. 6. Alia pœnitẽtiæ opera exercitando: Ita tamẽ, vt ipſimet qui hæc facimus aut procuramus,

in

in ſtatu gratiæ ſimus. Peccator nãque non meretur à Deo, cum perverſa ſua voluntate eum offendere non deſinat, pro aliis exaudiri. Quæ quidem omnia tum ſacris ſunt fundata ſcripturis, tum antiquis ſanctorum Patrum monumentis tradita, adeoque & perpetua Eccleſiæ conſuetudine comprobata. Dignum itaque ac iuſtum præfatis hiſce mediis defunctorum animabus ſuccurrere: nequaquam dubitantes, quin quidquid iam prędeceſſoribus noſtris charitatis præſtiterimus, id poſteros quoq; noſtros cumulato fœnore nobis etiam præſtituros fore.

Dein recitabis proſam illam. *Dies iræ, dies illa, &c. vt ſupra, cum adiunctis illic orationibus.*

* *
*

CON-

CONSIDERATIONES breues ſuper ſingula Dominicalia totius anni Euangelia, cum orationibus S. matris Eccleſiæ.

PRIMA DOMINICA ADuentus, de extremo Dei iudicio.

EVANGELIVM, Luc. 21.

1. E*Runt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentiũ, &c.* Præſens hoc Euangelium hodierna nobis luce proponitur, *in primis*, vt nos doceat magnam Chriſti pro nobis nati, dignitatem. Eſt namque is idẽ ille, qui poſtmodum iudicaturus mundum aduenier. *Secundo*, ratio cur natus incarnatuſq; ſit, vt nimirum clementem eum iudicem experiamur. Conſidera *in primis*, quam horrenda ſigna ac portenta, iudicium hoc præceſſura ſint, vt vel hinc

hinc diſcas, quam terribile illud ſit futurum. 2. Bonos exhilarandos, quando mali mœrore adficientur. 3. Chriſtum in iudicio tam ab his, quam ab illis, conſpiciendum, diuerſimode tamen. Quem idcirco ora, vt hic cō triſtari queas in rebus, quibus mali exhilarantur, quatenus tunc exhilareris, quando ipſi contriſtabuntur..

ORATIO.

Excita Domine quæſumus potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas, &c.

DOMINICA SECVNDA Aduentus, Miſſio legatorum Ioannis ad Chriſtum.

EVANGELIVM, Matth. 21.

1. *CVm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis,*

ſuis ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus, &c. Conſidera *in primis* Ioannem neci iam propinquum, voluiſſe Chriſto diſcipulos commendare, coram quo de iis tibi reddenda erit ratio. 2. Stolidum mundanorum hominum iudicium, Ioannem exiſtimantium digne in carcerem coniectum, quod peccati proximum arguens, virtutis admoneret. 3. Quantis Ioannem laudibus Chriſtus extulerit, qui tamen mundo deſpectui erat. Commendat namque eum de vitæ auſteritate animiq; conſtantia. Roga Deum, tibi vt in deſignandis operibus laude dignis, auxilietur: gratiamq́uê ſimul largiatur, vt peruerſum mundi iudicium nihil faciens, Dei ſolummodo iudicium præ oculis habeas.

ORA-

ORATIO.

Excita Domine corda noſtra, ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit & regnat, &c.

DOMINICA TERTIA ADuentus. Iudæorum ad Ioannem legatio.

EVANGELIVM, Ioan. 1.

MIſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Conſidera *in primis*, homines mundo deditos, multo ſemper accuratius ſtudioſiuſque aliorum indagare ac culpare opera, quam propria. Talis & tu merito quoque cenſendus, ſi aliorum factis potius occuparis, quã tuis. 2. Humilitatem Ioannis, qui inficias iuit eſſe ſe eum, quo pro haberi

A a 2

haberi merito poterat: vtpote Elias, aut propheta quiſpiam: nominatq; ſe vocem duntaxat, quæ ſonus eſt inanis, ac cito tranſiens, quatenus te ipſum nihili facere diſcas. 3. Chriſtum in medio noſtrum conſiſtere, quem tamen neque oculis cernimus, neque animo conſideramus. Ora eum, ſe ipſum vt tibi manifeſtet: quatenus hic in corde tuo hoſpitium ei parans, ingruente iam ſolemnitate condigne eum ſuſcipias.

ORATIO.

Aurem tuam quæſumus Domine precibus noſtris accommoda; & mentis noſtræ tenebras, gratia tuæ viſitationis illuſtra. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA QVARTA aduentus. Prædicatio Ioannis.

EVANGELIVM, Luc. 3.

ANno quintodecimo imperii Tiberii Cæ-

ORATIO.

Excita Domine corda noſtra, ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit & regnat, &c.

DOMINICA TERTIA ADuentus. Iudæorum ad Ioannem legatio.

EVANGELIVM, Ioan. 1.

MIſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Conſidera *in primis*, homines mundo deditos, multo ſemper accuratius ſtudioſiuſque aliorum indagare ac culpare opera, quam propria. Talis & tu merito quoque cenſendus, ſi aliorum factis potius occuparis, quã tuis. 2. Humilitatem Ioannis, qui inficias iuit eſſe ſe eum, quo pro haberi

haberi merito poterat: vtpote Elias, aut propheta quiſpiam: nominatq; ſe vocem duntaxat, quæ ſonus eſt inanis, ac cito tranſiens, quatenus te ipſum nihili facere diſcas. 3. Chriſtum in medio noſtrum conſiſtere, quem tamen neque oculis cernimus, neque animo conſideramus. Ora eum, ſe ipſum vt tibi manifeſtet: quatenus hic in corde tuo hoſpitium ei parans, ingruente iam ſolemnitate condigne eum ſuſcipias.

ORATIO.

Aurem tuam quæſumus Domine precibus noſtris accommoda; & mentis noſtræ tenebras, gratia tuæ viſitationis illuſtra. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA QVARTA aduentus. Prædicatio Ioannis.

EVANGELIVM, Luc. 3.

ANno quintodecimo imperii Tiberii Cæ-

ſaris procurante Pontio Pilato Iudæam; Tetrarcha autem Galileæ Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis. &c. Conſidera *inprimis,* ſeptem eximiæ auctoritatis Principes, qui hîc ſuis condecorantur honorum titulis: vtpote Tiberius, Pilatus, Herodes, Philippus, Lyſanias, Annas, & Caiphas, qui iam omnes in inferno cruciantur: Ioanne duntaxat cum parente ſuo Zacharia, in cœlis exiſtente. Quid vero mundanæ iuuat dignitatis faſtus, quando frui diu ea non licet, atque interim perpetuos oportet ſubire gehennæ cruciatus? 2. Quo nam in loco Ioannes prædicauerit; ad fluenta videlicet Iordanis, præſentibus infimæ conditionis hominibus. Deus ſiquidem pauperculos ac ſimplices, maiori ſemper dignatus eſt prærogatiua, quam diuites. 3. Quid prædicauerit: quatuor nimirum, quæ facto cum primis opus, ad

ad parandam Chriſto viam. Quorum primum eſt, *valles implere*, puſillanimitatē miſſam faciendo. 2. *montes & colles humiliare*, ſuperbiam deponendo. 3. *praua in directa conuertere*, iniuſtitiam in iuſtitiam commutando. 4. *vias aſperas complanare*, humilitatem ac benignitatem, contumacię iracundiæque loco aſſumendo. Quibus equidem in rebus iuuari vt valeas, cœleſtem implorato opem: quatenus Chriſtum digne ſuſcipere, eiuſq; ſalutare oculis vſurpare, merearis.

ORATIO.

Excita Domine potentiam tuam, & veni; & magna nobis virtute ſuccurre: vt auxilium gratiæ tuæ, quod noſtra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propiciationis acceleret. Qui viuis, &c.

DOMINICA POST NATIuitatem. Simeonis & Annæ de Chriſto ſermocinatio.

EVANGELIVM Luc. 2.

ERant Ioſeph & Maria mater IESV mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum puerulum, mores præ ſe tuliſſe pueriles, licet plenus eſſet ſapientia ac intellectu. Quatenus nos doceret, ſe vere humanam noſtrã ſuſcepiſſe naturam, & vt noſtram vitam moribus conformaremus ſuis: niſi enim ſimus ſicut paruuli, ſalute potiri nequibimus. 2. Simeonem ſex diuerſa de Chriſto vaticinatum; 1. in ruinam plurimorum eum eſſe poſitum: Iudæorum videlicet, hæreticorum, improborum Catholicorum. 2 Plurimos per eum à peccatorum ſordibus ſuſcitandos. 3. Futurum eum in

in ſignum, ad quos oculos animoſ-que intendere imitando oporteat. 4. Habiturum eum plurimos ſibi contrariantes. 5. Matrem, eius cauſſa ingentes toleraturam tribulationes. 6. In extremo iudicii die omnes per eum mortalium cogitationes manifeſtatum iri. Tu igitur ædificare in eo, atque in vitæ huius palæſtra eum imitare, nec non & eiuſcemodi nunc cogitationibus occupare, quæ in extremo iudicii eius die, te nullatenus confundāt. 3. Chriſtum ratione corporis creuiſſe, ac paulatim ſapientiam ſuam mundo notiorem feciſſe. Sic & tu in virtutum ſtudiis ſecundum ætatis tuæ rationem augmentum cape, ne pueri te confundant: orando Beatiſſimam Dei genitricem per triſtitiam ſuam, à Simeone ſibi prædictam, vt te doceat Chriſtum in innocentia, humilitate, obedientia, ſapientia, diſcretione, aliiſq; paſſim virtutibus, imitari.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA I. POST EPIphaniam Chriſti: cum Doctoribus in templo diſſertio.

EVANGELIVM Luc. II.

CVM factus eſſet IESVS annorum duodecim, aſcendentibus illis Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cum redirent, remanſit puer IESVS in Hieruſalem, & non cognouerunt parentes eius.

Conſidera *inprimis*, ſanctos veteris teſtamenti homines annuatim Hieroſolymam ire ſolitos, vt ibidem in celeberrimo Salomonis templo precibus ſe Deo ſiſterent: quatenus tu etiam

etiam libens admodum pia inuiſens loca, omni cum reuerentia Deum inibi ores ac honores. 2. Chriſtum inſciis plane parentibus Hieroſolymis manſiſſe: non vt eos contriſtaret, ſed vt cœleſtis ſui parentis iuſſa adimpleret. Docuit namque nos veram obedientiæ virtutem, in eo potiſſimum conſiſtere, diuinæ vt voluntati ante omnia faciamus ſatis; hominibus vero eatenus morem geramus, quatenus Dei nobis voluntatem patefaciunt. Primum ſiquidem eius verbum de obedientia erat; *neſciebatis, quod in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* In omnibus igitur quæ agis, diuinæ memor eſto voluntatis. 3. Chriſtum neque inter notos ac cognatos, neque in plateis diuerſoriiſve inueniri, ſed Hieroſolymis *in primis*, tranquilla videlicet conſcientia. *Dein* vero in templo, id eſt, corde, diuino numini oblato dedicatoque. *Tertio* inter

Doctores, piis nimirum ac eruditis cogitationibus. Illic igitur quærito, eumque pro virtute humilitatis ac obedientiæ orato; vt te diuinæ ſubiicias voluntati, ſicuti ipſe *deſcendens cum parentibus ſuis in Nazareth, erat ſubditus illis.*

ORATIO.

Vota quæſumus Domine ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere: vt & quæ agenda ſunt videant, & ad implenda quæ viderint, conualeſcant. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA II. POST EPIphaniam. De Nuptiis Canæ Galileæ.

EVANGELIVM, Ioan. II.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat mater IESV ibi: vocatus eſt autem IESVS & diſcipuli eius, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum, matrem, ac Diſcipulos ſuos tenuioris fortunæ

næ hominum adiiſſe nuptias; tum vt bene de eis mereretur, tum vt matrimonii ſacramentum honore proſequeretur. Tu etiam ad tuum eum inuitato feſtum ſiue diem ſolemnem, inuitando pauperes: tunc namque libens accedens, bene tuæ precabitur domui. 2. Matrem fuiſſe de honore ſponſi ſollicitam, quod eum vini ſciret inopia laborare: accedendoq; demiſſe filium, dixiſſe, *vinum non habent.* Exploratè namq; cognitum habebat eius benigne faciẽdi animũ erga eos, quib⁹ vitæ neceſſaria deſiderantur, quos neutiquam ſolitus erat deſerere. 3. Chriſtum videri duriuſcule parenti reſpondere, ac quaſi increpare dicendo: *quid mihi & tibi eſt mulier?* quatenus demonſtraret ſe plus eſſe, quam purum duntaxat hominem, quodque miraculorum ſuorum virtutem, nequaquam ex ea hauſiſſet: precibus tamen eius benigne an-

nuit. Quod ſanctiſſima Virgo probe miniſtris præcepit, vt quidquid Chriſtus eis imperaret, actutum effectui manciparent. Ora tu quoque hanc miſericordiæ matrem, vt in neceſſitate te haud deſerés, temporalium iuxta ac ſpiritualium rerum tuarum profectum vrgeat. Quod vt ad optatum perducat effectum, morem ei in omnibus gerito, adimplendo quæcunque Chriſtus tibi facienda præceperit.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cæleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam, noſtris concede temporibus. Per Dominum, &c.

DO-

DOMINICA III. POST Epiphaniam: de leproſi, ac centurionis ſerui perſanatione.

EVANGELIVM, Matth. 8.

C*VM deſcendiſſet* IESVS *de monte, ſecutæ ſunt eum turba multa. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, &c.* Conſidera *inprimis*, quo pacto curetur leproſus, anima vt tua lepræ contagio defœdata, eodẽ perſanetur modo. 1. namque Chriſtus de monte, id eſt cœlo, in quo nulli reperiuntur ægri, deſcendiſſe legitur. 2. leproſus obuiam ei prodiit; debemus namq; valetudinis ergo occurrere ei. 3. Chriſtus ei locutus, tetigit eum, atq; ad Sacerdotes ablegauit. Eius namque charitas nobis opitulatur, eiuſque in ſacramentorum adminiſtratione contactus, animarum noſtrarum ſaluti medetur. Ito ergo ad Sacerdotes, eiſque conſcientiæ tuæ arcana aperito, & mox ſacra-

menti virtute perſanaberis. *Secundo*, quid centurio pro ſalute ſerui ſui egerit: ait enim: *puer meus iacet paralyticus in domo.* Hic ſeruus, anima tua eſt, quæ in corpore tuo languet. Debuerat quidem illa portare corpus, ſed à corpore portatur, & à prauis viciorum paſſionibus gubernatur. Chriſtum igitur demiſſe orato, ac dicito, te indignum cuius domum ingrediatur. Qui ſi venire tamen dignetur, ne excluſeris eum, ſed corpus eius reuerenter ſuſcipito: non enim ethnicus es, vti hic centurio. *Tertio*, centurionis huius fidem, quã & Dominus commendauit. Agnoſcebat enim Deum, humiliabat ſe, ac charitate excellebat. Itaq; non debes nudis tantummodo credere verbis, verum etiam operibus, ex feruenti charitatis affectu promanãtibus. Roga Chriſtũ, vt animã tuam ab omni labe peccati emundet: quatenus cum Abraham, Iſaac, &

Iacob

Iacob ad regnum cœlorum admitteris, & nullatenus in exteriores gehennæ pœnas cũ incredulis Iudæis ac hæreticis protrudatis.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem noſtram propicius reſpice, atque ad protegendum nos dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA IV. POST EPIphaniam. Sedatur tempeſtas maris.

EVANGELIVM, Matth. 8.

ASCendente IESV in nauiculam, ſecuti ſunt eum Diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, &c. Conſidera *inprimis*, haud multos cum Chriſto conſcendiſſe nauiculam, cum tempeſtas deſæuiret, niſi Diſcipulos dũtaxat. Cætera namq; hominum turba, pericula fugiens, terreſtri itinere

gradiebatur. Dominus vero procellis detonãtibus carpebat ſomnum: ſæpe etenim numero ſilet, ac ſurda quaſi aure auſcultat, qui tamẽ iuxta eſt omnibus his, qui tribulato ſunt corde. Noli ergo ab eo te ſeparare: ſi enim in eius præſentia aduerſis agitaris, multo id magis in abſentia eius fiet. *Secundo*, quo pacto excitandus ſit Chriſtus. Eſto Diſcipulus eius, ſis ei obediens, eumq; adito, identidem rogato, magnoq; pietatis affectu vocato, dicens; *Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus?* Perditio namq; ac ſalus tua curę ei eſt, vtpote quẽ pretioſo ſanguinis ſui cruore emit ac redemit. *Tertio*, Chriſtum increpare Diſcipulos ſuos, quod in fide fluctuarẽt: licet vnico eos verbo iuuerit, fluctus ſedando marinos. Cui idcirco fidito; breui ſiquidem ſeuere in eos animaduertet, quibus iam vexandi te facultatem permittit. Rogato proinde eum, tuis vt ne-

neceſſitatibus non indormiat, ſed potius diligenter te intueatur, tibique efficaciter opituletur.

ORATIO.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere, da nobis ſalutem mentis & corporis; vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA V. POST EPIphaniam, Parabola zizaniorum.

EVANGELIVM, Matth. 13.

SImile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo; cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum bonum ſemper ſeminare ſemen, vtpote, bonorum omnium deſideriorum ac inſpirationum auctorem. Diabolum vero impenſius eis officere, quos virtu-

tibus nitidius viderit effulgere. Vnde humanā præſe ferens figurā, rationibus vtitur blandis ac humanis, cū intẽtio eius nequiſſima ſit; vnde & humani generis hoſtis merito dicitur ac habetur. *Secundo,* ſanctos impenſe admirari, quo pacto in Eccleſiā, adeoq; & nos omnes, tanta potuerit viciorū promanaſſe colluuies. Dei ſiquidẽ beneficia vti ineffabilia, ita quoq; peccatorū deformitas enormis eſt ac inutilis, eorumque merces comprimis mala: vti liquet in his, quos male morientes conſpicimus. Quam igitur ob rem mali ſumus? *Tertio,* angelicos omnes ſpiritus in procinctu eſſe ad improborū omnium internecionem: quorum tamen conatus, diuina retardat bonitas, vel eorum emendationem auide præſtolans: vel vt bonorum hominum patientiam, ſua exerceat nequitia, eoſq; maiorem ad perfectionem, vberioremq; in cœlis conſequen-

ſequendum mercedem, perducant. Roga igitur Deum ne infelix lolium efficiare, quod in faſciculos collectum, igni tradetur ſempiterno.

ORATIO.

Familiam tuam quæſumus Domine continua pietate custodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA VI. POST Epiphaniam. Parabola ſynapis.

EVANGELIVM, Matt. 13.

SImile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo, ſeminauit in agro ſuo. Conſidera *in primis*, non ſolum per ſinapis granum ſanctam denotari Eccleſiam, paruam in initio exiſtentem, iam vero longe lateque refulgentem; verum etiam bonæ vitę Catholicos, humilitati ſtudentes, ſibi-

ſibique ipſis vileſcentes, mundoq́;
exoſos. Feruent etenim eoſq; quos
ſcelerum ſuorũ peccatores arguunt,
mordere quodammodo videntur:
Optimę vero vitę conuerſatione vir
tutum meritis in altum ſuccreſcunt,
nec non & prę claris ſuis exẽplis plu-
rimos ad agendę pœnitentiæ ſtudiũ
pelliciũt. *Secũdo*, ꝙ quemadmodũ fa-
rina duos inter lapides molitur, ita
quoq; hominẽ Chriſtanũ, ꝑ diuinæ
bonitatis conſiderationẽ, ceu ab in-
feriore lapide, per iuſtitiam vero,
quaſi à ſuperiore comminui. Tria
vero farinæ ſata ſunt, contritio, con
feſſio, ſatisfactio. Mulier porro, ſan-
cta Eccleſia; fermentũ Chriſtus, car-
ni quidem amarus, ſed ad te penitus
transformandum cõprimis neceſſa-
rius ac proficuus. Hunc tibi ſancta
largitur Eccleſia, potiſſimũ vero in
auguſtiſſimo altaris ſacramẽto: ꝙ ea
de cauſſa freqẽter ſuſcipito, & aliũ
ab eo ſaporẽ mutuato. *Tertio*, Chri-
ſtum

ſtum loqui in parabolis, ac ſecretiora ſua myſteria paulatim ediſſerere atque eructare: quatenus nos doceat, doctrinā ſuam ex intima cordis promanare charitate. Noſque eorundem odorem duntaxat delibare: plena ſiquidem Chriſti in cœlis ſapientia perfruemur. Eam ob rem Deum orato, te vt veniat immutatum, ac per te plurimos ad ſe pertractum, infundens tibi diuinæ voluntatis ſuæ cognitionem.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt ſemper rationabilia meditantes, quæ tibì ſunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum, &c.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA. De vineæ operariis.

EVANGELIVM, Matt. 20.

SImile eſt regnum cœlorum homini patrifami-

familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam,&c. Conſidera *inprimis*, Deum iam inde ab ipſo mundi exordio, frequenter per Patriarchas, Prophetas, alios, adeoque & ſeipſum, humanum inuiſiſſe genus. Quin & noſtrum quemlibet ſæpe in qualibet viſitat ætate, imo & hora qualibet: per ſalutares nimirum inſpirationes, admonitiones, ægritudines, aduerſitates, &c. *Secundo*, quid tu interea rerum agas? Otiando tota die, nihil boni operando, nullum tibi meritum apud Deum acquirendo. Non enim ad eius laudem, ſed vtilitatẽ propriam negotia tua dirigis. Vnde perdere cenſetur, qui non lucratur. *Tertio*, Dei bonitatem, qui ex pacto contrahere tecum dignatur, ingens exiguo labori præmium conſtituens. Quidquid enim hic agere aut ſuſtinere valemus, nullatenus coæquari poterit præmio, quod à Deo pro labori-

boribus noſtris nobis præparatum eſt. Vnde rogato eum, te vt in vineam mittat ſuam, quatenus maiori virtutum incremento ſanctam condecores Eccleſiam: & ſi vel otio vaces, vel venire pigriteris, vi te pertrahat.

ORATIO.

Preces populi tui quæſumus Domine clementer exaudi, vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA IN SEXAGEſima. De ſeminante.

EVANGELIVM, Luc. 7.

EXiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viã, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt Conſidera *in primis,* Deum eſſe ſeminatorem, qui per creaturas ſuas omnia in nobis bona ſeminat: vtpo-

vtpote, per diuinum ſuum verbum, per ſacramenta ſua, per gratiam denique ſuam. Quibus ſi rite vti velis, plurima in te bona operabuntur. Quin & diabolus quoque ſeminat, ſed infelix lolium, ex quo nihil boni, ſed omne potius malum germinat. Secundo ex quatruplici terræ genere, vnum duntaxat eſſe, bonæ ſementis capax : nam *ſecus viam* in primis improbi ſunt Catholici, ethnicis proximi, bonas admonitiones riſui habentes. Dein *ſupra petram* ſunt, qui ad tempus quidem mouentur Dei verbo, ſed quandoquidem ſaxea eorum indurata ſunt corda, nullus ſubſequitur fructus. Tertio *inter ſpinas* bona ſunt corda, quæ tamen ſentibus, id eſt, curis ſeu voluptatibus ita implicantur, vt germen ſuffocetur, & ad perfectionem nullatenus perueniat. *Tertio*, tria eſſe fructum impedientia. Quorum primus eſt diabolus, qui

coruo

corno adſimulatur, acute nimirum videndo, longe olfaciendo, & ſtatim ad ſperatam prædam aduolando. Alterum eſt interna peccatorum obſtinatio ac duritia immanis. Etiamſi enim bonum concipias animi propoſitum, vna tamen leuiuſcula aduerſitatis aura collabaſcit ac euaneſcit. Tertium eſt rerum ſollicitudo mundanarum, ac maleſuada voluptas, quæ etſi blanda dulciſq; videantur, animum tamen lancinant, ac pungunt. Roga igitur Deum, vt cor contritum ac humiliatũ tibi largiatur, curas inanes abigat, mentem à voluptatibus auertat, cacodæmonem denique profliget: quatenus non ſolum triceſimum cum coniugatis ſeu primo incipientibus, neque ſexageſimum duntaxat cum viduis ſeu progredientibus, ſed centeſimum cum virginibus ſeu perfectis fructum conſequi mereare.

ORA-

ORATIO.

Deus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus, concede propicius, vt contra aduerſa omnia Doctoris gentium protectione muniamur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA IN QVINQVAgeſima. De Barthimæo Cœco.

EVANGELIVM, Luc. 18.

Ecce adſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt de filio hominis, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum de imminentibus ſibi cruciatibus ſermonicari cupiētem, omnes in vnum coegiſſe Apoſtolos, transfigurationis vero ſuæ gloriam in monte Thabor, tribus duntaxat conſpiciendam exhibuiſſe. Quatenus mortalium in hac vita nullus nec tribulationis, nec interdum conſolationis ſit expers, & quod

quod ſumma noſtra conſolatio eſſe debeat, Dominicæ paſſionis myſteriorum frequens meditatio. Qui tamen ſæpe numero verba, cruciatus eius concernentia, cum Apoſtolis haud capimus: vtpote, quibus cum duobus Zebedæi filiis, gratiora ſunt, quæ de dignitatis prærogatiua habentur. *Secundo*, cæcum hunc ſecus viam ſedentem, ſtipemq; emēdicantem, peccatorem ſignificare, ob cæcitatem nimiam veritatis lumen minime cernentem. Talis autem ſedet, neque vllum in virtutis ſtudio greſſum aut progreſſum facit. Licet proficuum ei ſit, ſi ad viam talem ſedeat, per quam Seruator cum Diſcipulis ſuis graditur, id eſt in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, vbi Chriſtum in concionibus ac ſacramentis perſentiſcimus, piiſq; ſanctorum exemplis, ad virtutem inſtruimur. *Tertio*, Chriſtum cæcum perſanare cupientem, ſubſtitiſſe,

R pro-

propiuſq; ad ſe accedere præcepiſſe; aduentãtem vero interrogaſſe, atq; ita tandem oculorum lumine donaſſe. Quod quidem tum vſu venire conſueuit, quando peccator ſerio de Deo cogitans, firmum concipit emendandæ vitæ, ac diuino numini famulandi, propoſitum, ſincerè peccata confitendo. Ora Chriſtum, vt tuos reſerans oculos, ſuam tibi voluntatem, quam cum cœco hoc ſequare, manifeſtet.

ORATIO.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, atque à peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA I. QVADRAgeſimæ. Ternæ Chriſti tentationes.

EVANGELIVM, Matth. 4.

DVctus eſt IESVM in deſertum à ſpiritu,

ritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit, &c. Conſidera *in primis*, ſanctum Dei Spiritum in ſolitudinem agendæ pœnitentiæ, ac tentationis experiundæ cauſſa ducere; diabolum vero inter homines vanos ac mundanos nos præcipites agere, vt cum iis carnis voluptatibus indulgeamus, obliti interim ſollicitudinum ac moleſtiarum omnium. Quod cum facit, tunc omnino tentat te, vtpote tentator ac ſupplantator. Cuius prima tentatio carnalis erat, de cibo nimirum, qua cum primam noſtram parentem etiam in paradiſo ſuperauit. Non tamē panem, ſed lapidem ſuppeditat, nihil omnino boni mortalium cuipiam fauens aut largiens. *Secundo*, in altera ſua tentatione tentator CHRISTVM nequaquam intra templi aditum, ſed ſupra pinnaculum eius transfert.

Quippe, cuius intentio, non te deuotiorem, ſed elatiorem efficere. Ne igitur dignitatem ab eo flagites, quando videlicet neminem ad honores dignitateſve euehit, niſi vt maiori dein lapſu præcipitet. *Tertiò*, in vltima tentatione auaritiæ vitium prodit, ſemper de pluribus acquirendis cogitantis. Quæ quidem ab Apoſtolo idololatriæ nomine haud immerito indigitatur: ideóque malignus hic ſpiritus à Chriſto adorari geſtit. Caueas igitur ab omni peccatorum flagitio, potiſſimum vero, à luxu, faſtu, auaritia; quibuſcum mille hic artifex homines plerumque aggreditur. Chriſtum vero precare, nullo vt tentationis impetu commoueare, ſicuti ille ipſe nihil omnino motus aut commotus fuit.

Oratio.

Deus qui Eccleſiam tuam annua quadrage-

drageſimali obſeruatione purificas, præſta familiæ tuæ, vt quod à te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA II. QVADRAgeſimæ. De transfiguratione Chriſti.

EVANGELIVM, Matth. 18.

Aſſumpſit IESVS Petrum & Ioannem, fratrem eius, & duxit illos in montem, excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos, &c. Conſidera *inprimis*, Eccleſiam ideo præſens hoc nobis Euangeliũ proponere, partim quod tres præcipuæ, quæ in eo nominantur perſonæ, Chriſtus, Moyſes, Helias quadraginta dierũ ieiuniũ obſeruarunt, quos etiã ea re imitari conuenit; partim quod iam conuenientiſſimum, meditandæ cœleſtis gloriæ, tempus exiſtit. Quæ quidem meditatio omnibus ſuperioribus

Digitized by Google

cum *Petro*, virginibus cum *Ioanne*, cęteris vero mortificationis ſtudio operam dantibus, propriæq́; voluntati vim facientibus, cum *Iacobo* primo inter Apoſtolos martyre, apprimè neceſſaria eſt. *Secundo*, quod qui Chriſti veſtigiis propius inſiſtunt, ab eo in montem ducantur excelſum: vtpote ad eminentiorem perfectionis gradum, quàm mundani. Eorum ſiquidem cogitatio ſurſum in cœlum dirigitur: vbi Chriſtum longe aliter cernunt, quam in affectu mundano, habentes eum pro auſtero, tenebricoſo, at illic eius experiuntur benignitatem, dulcedinem, iucunditatem, &c. *Tertio*, tria hoc in monte notanda, ac quotidiana meditatione vſurpāda. Quorum *primum eſt*, claritas Dei, id eſt, amabilitas eius, quam tibi variis largiendis beneficiis exhibet. *Alterum*, ſacratiſſima eius paſſio, qua de Moyſes ac Helias inter ſe diſſerebant. *Ter-*

tium,

tium, regni cœleſtis gloria, quæ per vocem Patris cœleſtis, in nube lucida reſonantem, inſinuatur. R ga Chriſtum, vt feruenti te inflammet eum adeundi deſiderio, nec non & conſtanti fortique, omnia tua opera ad cœlum dirigendi, voluntate.

ORATIO.

Deus qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius exteriuſq́ custodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum, &c.

DOMINICA III. QVADRAgeſimæ. De dæmoniaco cœco.

EVANGELIVM Luc. 11.

ERat IESVS eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, &

admirata ſunt turbæ, &c. Conſidera *in primis*, plurimos eſſe cacodæmones mutos, haudquaquam vti decet loquentes: non enim confeſſionis ſacramentum frequentant, non diuinis inſiſtunt laudibus, non denique niſi perrarò, quæ proximorum conducunt ædificationi, in medium proferunt. Quem quidem vt abs te dæmonem profliges, elaborato: plurimum ſiquidem ſecum adfert incommodi damnive. Quemadmodum virum hunc, vti Matthæus commemorat, ſurdum, mutum, ac cœcum effecit. Confeſſionem itaq; frequentans, ab omni te peccatorum labe emunda, vt ab hoc ſpiritu neq̃ extemplo libereris. *Secũdo*, Phariſæos alio quopiã dæmone fuiſſe diuexatos, quando ſtupenda Seruatoris noſtri opera, dæmoniorum Principi accepta referebant: vti ſolent alienæ famæ derogatores, & qui ſingula quoque in ſiniſtram detor-

torquent partem. Eiuſcemodi qui ſunt, præ ſe ferentes, quod famulari Deo cupiant, diu ſubſiſtere haud queunt: vtpote diuiſi, Deo dæmonique ſimul inſeruire molientes. Quos quidem diabolus ingenti cũ comitatu ingrediens, ad vitę vſque finem inhabitare ſolet. *Tertio*, pauperculam quandam mulierculam, per Chriſti verba, alium quendam concepiſſe ſpiritum: & ſonora voce tum in Chriſti, tum in ſanctiſſimæ eius genitricis laudes, erupiſſe. Chriſti ſiquidem honos, redundat in matrem, ac matris laus, gloria eſt filii. Quem ora, vt loco fortis iſtius armati, ac capitalis hoſtis, cuius laqueis dudum intricatus fuiſti, ſacratiſſimæ te ſuæ parenti commendet: quæ longe eſt fortior, conterens caput ſerpentis antiqui.

ORATIO.

Quæſumus omnipotens DEVS, vota

humilium reſpice : atque ad defenſionem noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Dominum, &c.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMÆ. De quinque panibus hordeaceis, duobuſque piſciculis.

EVANGELIVM, Ioan. 6.

ABiit Ieſus trans mare Tyberiadis. Et ſequebatur eũ multitudo magna: quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum turbas ſaciare volentem, transfertaſſe. Omne ſiquidem nutrimentum ac bonum noſtrum, è cœlo in vaſtum mundi huius fretum, deſcendens, nobis ipſe promeruit. Quem tuis in afflictionibus quam liberrime adito. Expertus etenim nouit, quid ſit pati, affligi, tentari. *Secundo*, ſubleuaſſe eum oculos ad intuendam turbam. Defixis namque in humum oculis plerumque

rumque incedebat. Adſpiciendo vero confertam hominum turbam, milleni aliquot acceſſere : eius ſiquidem adſpectus, corda trahit ac emollit. Ita Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, Matthæus, aliiq; paſſim tracti ſunt, ac Petrus in domo Caiphæ conuerſus. *Tertio*, Chriſtum bene admodum de ingratis mereri: quotidie enim licet offendentes, paſcit ac enutrit. Miraculum porro hocce, pueri cuiuſdam, omnia amore eius relinquentis, ac pone ſequẽtis, adiutus annonâ edidit. Puerorum namque & humilium opera, Deo ſunt grata, ſæpiuſque in animabus plus operantur boni, quam eruditæ diſertorum hominum conciones. Ora Chriſtum, vt è cœleſti olympo oculos in te demittens ſuos, neceſſitates ęrumnaſque tuas videat, ac miſericorditer te eripiat.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus, vt qui ex merito noſtræ actionis affligimur, tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per Dominum, &c.

DOMINICA V. QVADRAgeſimæ. Iudæi vti Samaritanum ac dæmoniacum Chriſtum conuicientur.

EVANGELIVM, Ioan. 8.

Dixit Ieſus turbis Iudæorum, & Principibus Sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Conſidera *inprimis*, Chriſtum ſummam eſſe veritatem, ſinceramque puritatem: quem ſequi vtique & audire conuenit. Qui etiamſi ab omni peccatorum labe immunes eſſe nequimus, poſſumus tamen eius adiuti gratia, tum à mortalibus, tum à grauioribus abſtinere venialibus. Ratio

vero

vero cur id non faciamus eſt, quod libentius hic mundana audiamus mendacia, quam veritatem Chriſti. Vnde ſuo in iudicio ita ex nobis percunctabitur: ego veritatem vobis palam ediſſerui, diabolus vero mendacia; cur ergo maiorem ei fidem, quam mihi habuiſtis? *Secundo*, cum Iudæi Chriſtum, vti Samaritanum ac dæmoniacum conuiciarentur, blande admodum reſpondit, de Samaritano ſubticens, alterum vero inficians: quatenus irrogatam tibi iniuriam quę diuino honori nihil derogat, æquanimiter toleres. *Hæretici* vero nomen, nullatenus tolerato, quia is fidem pernegat. Probroſa etiam cognomina nemini imponito, ſed oportere te cum Chriſto diuinæ duntaxat gloriæ ſtudere, cogitato. Quam quidem tunc adaugebis plurimum, quando alios verbis ædificationem ſpirãtibus, ad virtutis progreſſum cohortaberis.

 Tertio,

Tertio, improbos dulci verborum affatu, ac diuinorum collatione beneficiorum, nequiores effici. Oculos igitur in te coniiciens, quis, qualisve ſis, conſidera. Si namque Dei beneficia, eius impendis honori, Dei es filius: ſi vero tuis ea applicas voluptatibus, impenſe Deo diſplices. Quem ora, vt te ab omni viciorum næuo immunem conſeruans, ad quamuis iniuriam, oblocutionem, ac irriſionem, patientem efficiat, ac cum fideli Abrahamo ſui te cognitione imbuat.

Oratio.

Quaſumus omnipotens Deus, familiam tuam propicius reſpice, vt te largiengiente regatur in corpore, & te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per Dominum, &c.

***

IN

IN DIE PALMARVM, ingreſſus Chriſti in Hieruſalem.

EVANGELIVM, Matth. 21.

CVM appropinquaſſet IESVS Hieroſolymis & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos Diſcipulos, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum ideo ſolemni cum pompa ad paſſionem equitando accelerare voluiſſe; vt nos doceret, paſſionem ſuam ignominioſam haudquaquam futuram, quemadmodum nec illa quidem, quæ eius nomine probra æquanimiter toleramus. Suis etenim cruciatibus ac ignominiis, mundi adeptus eſt dominium. Eius porro triumphis, non in equorum, ſed in animarum multitudine ſitus erat. Præſtantiſſima ſiquidem hominis gloria, in plurimarum Chriſto lucrandarum ſtudio animarum conſi-

ſtit.

ſtit. Aſinus vero ad paſſionem eum vehit, id eſt, nos peccatores, qui inſtar muli & equi inſenſati ſumus, Chriſti cruciatuum cauſa extitimus. *Secundo*, Chriſtum apoſtolos iumenta hæcce allatum miſiſſe. Illorum ſiquidem munus, peccatores ſoluere, Chriſto offerre, virtutum ornamentis excolere, Chriſtumque eis imponere, qui in mundi huius tramite eos vehens, ad cœleſtem tandem Hieroſolymam peruehat. *Tertio*, turbam nullatenus ſubſtitiſſe, vt etiam tu nonnihil in hac proceſſione peragas. Largiendo tua *inprimis* veſtimenta, ac corpus tuum diuini honoris obſequio offerendo. *Dein* vero foliis ramiſq; viam conſternendo, ac pauperibus facultatibus tuis ſubueniendo. Chriſtum *deniq;* cum aſino ferendo, nec impatientem te in eius obſequio, quantumcunque etiam difficili, exhibendo. *Quarto*, eum ſequendo, eiuſq; iuſſis obtemperan-

perando. *Quinto*, pergendo, id eſt, nonnihil amplius quam ipſe præcepit, peragendo. *Sexto*, ad latus aſini incedendo, ſollicitam videlicet proximorum curam habendo. *Septimo*, in omnibus actionibus tuis Chriſtum inuocando ac prædicando: quem etiam deuote orabis, vt hic alacri Deo corde ſeruias, atque in cœlum denique conſcendas.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti, concede propicius, vt patientia ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per Dominum &c.

SOLEMNI DIE PASCHÆ, de glorioſa Chriſti reſurrectione.

EVANGELIVM, Marc. 16.

M*Aria Magdalena, & Maria Iacobi, & Sa-*

& Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent IESVM, &c. Conſidera *in primis*, animam Chriſti, quæ in limbo Patres integro conſolata fuerat triduo, iam nunc hodierna luce, ſub auroram vna cum tot ſanctis Patribus, inde exiiſſe, atque in corpus poſtliminio remigraſſe: irreſerato penitus ſepulchro, ſed corpore glorificato ac immortali, quinis præcipuis vulneribus mirum in modum coruſcante. Cauſſæ vero reſurrectionis erant, vt nos in fide conſolidaret, mundi poſſeſſionem inuaderet, Eccleſiam ædificaret, reſurrectionis denique noſtræ ſpem nobis conferret. *Secundo*, Chriſtum cum præfatis hiſce Patribus, primo omnium ſuam inuiſiſſe parentem, vtpote ſibi præ cæteris in hoc mundo creaturis chariſſimam protioſiſſimamque. Vnde certatim eam omnes honorarunt

rarunt ac venerati ſunt, admirantes tantæ virginis ſimul ac matris excellentiam: vtpote illibatam, cœli terræque Reginam, mundi Dominam atque inſigni humilitatis virtute, mortalibus omnibus ſuperiorem. *Tertio*, prima diei aurora tres inuiſiſſe ſepulchrum mulieres, quibus Angeli metum omnem adimentes, fauſtum Dominicæ reſurrectionis nuncium attulere. Primus ſiquidem Chriſti reſurrectionis fructus eſt, nullatenus metuere, quando diabolicæ nimirum confractæ ſunt vires. Eſto igitur diligens, ſi hiſce cum mulieribus cernere Chriſtum geſtis. Quem precare, vt ſe conſpiciendum tibi præbens, in bonæ vitæ ſtatu reſurgere te faciat.

ORATIO.

Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum

tuum æternitatis nobis aditum, deuicta morte, reſeraſti; vota noſtra quæ præueniendo adſpiras, etiam adiuuando proſequere. Per eundem.

FERIA SECVNDA PASchæ.

EVANGELIVM, *Luc.* 24.

D*VO ex Diſcipulis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, &c.* Conſidera *inprimis*, colloquentibus hiſce in itinere de Chriſto, Diſcipulis, mox eum adfuiſſe. Vnde & tu quoque frequenter de Chriſto meditare ac loquere, te vt inuiſat, tecumq; maneat. *Secundo* titulum quem ei attribuunt, quod videlicet fuerit *vir propheta, potens in opere & ſermone, coram Deo, & omni populo.* Quatenus in tribus hiſce eum ſequare, probe nimirum operando, recte loquendo, bene docendo. Caue autem operibus ſermo-

ſermonibuſque tuis, hominum aucupari fauorem, ſed Dei, animaſq; lucrandi. *Tertio*, mulieres metum eis inieciſſe, dum Dominicæ reſurrectionis ſeriem apoſtolis enarraſſent. Mundani ſiquidem homines metu facile conſternantur, inani timore ab incepto melioris vitæ propoſito reſilientes. Tu vero Deum pro conſtantia in omnibus orato.

2. *O Stulti & tardi corde ad credendum.* Conſidera *inprimis*, Chriſtum hoſce arguere diſcipulos, non ex ira, ſed vt eos moueat. Interdum namque ſeuerius in te animaduertit, quo fidem ei habeas, & *vt vexatio det intellectum auditui*, id eſt, vt experientia edoctus, credas & intelligas ea, quæ nimiæ proſperitatis tempore credere ac intelligere recuſas. *Tertio*, quam benigne Chriſtus, glorificato iam corpore reſumpto, ſtupidos hoſce Diſcipulos inſtruxerit: vt tu, quantumcumque magnus ſis, non dedi-

dedigneris tamen proximos tuos longe te inferiores, in iis quæ ſalutis ſunt, docere & adiuuare. *Quarto*, inſtructionis huius fructum: illorum ſiquidem corda (quemadmodũ ingenue ipſimet dein faſſi ſunt) ardenti in Deum amore inflammabantur. Ea propter ſi cor tuum rite præparare velis, Dei verbum idem quoque in te operabitur. *Quarto*, Chriſti hæc verba *nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Hinc cum Beato diſce Bernardo, te nullatenus ſine aduerſitate ac tribulatione in alienam, Dei videlicet gloriam introiturum, ſi Chriſtus ſine tam acerbis cruciatibus in propriam intrare non voluit. Ideoque laboraro, ac libens pro ſalute animæ tuæ nonnihil tolerato.

3. *Et cognouerunt eum in fractione panis.* Conſidera *in primis* auguſtiſſimum hoc Sacramentum oculos intelle-

Digitized by Google

tellectus reſerare, vt Deum cognoſcas, ac peccata tua cernas. *Secundo*, Chriſtum ſtatim euanuiſſe: quippe, qui interdum nos ſine conſolatione relinquit, vt feruentius eum poſtea quæramus. *Tertio*, confeſtim eos ad cæteros properaſſe Apoſtolos. Quando enim diuinam exploratè cognitam voluntatem habemus, non haudquaquam eam adimplere differemus. Roga igitur Chriſtum, tecum vt maneat: maxime, quando ſæpe aduesperaſcit in anima tua.

Oratio.

Deus qui ſolemnitate Paſchali mundo remedia contuliſti; populum tuum quæſumus cœleſti dono proſequere, vt & perfectam libertatem conſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternam. Per Dominum, &c.

FERIA

FERIA TERTIA PASCHÆ.

EVANGELIVM Luc. 24.

Stetit IESVS *in medio Diſcipulorum ſuorum & dixit eis, pax vobis, &c.* Cōſidera prima Christi ad Diſcipulos, poſt reſurrectionem ſuam, verba. Quorum 1. eſt, *Pax.* Ideo namq; natus ac paſſus eſt. 2. *Vobis* : non omnibus, ſed bonæ voluntatis hominibus, quales hi apoſtoli fuêre. Tales namque ſoli habent pacem cum Deo, proximo, conſcientia. Non eſt enim pax impiis, inquit per Prophetam Dominus. 3. *Nolite timere*, non ſolum dæmonem, gehennam, ſed ne mundi quidem huius aduerſa, in his enim æquanimiter tolerandis Chriſtus tibi opitulabitur. Peccata ſolummodo, amore Dei timeto, ne eum perdas. Chriſtum porro, vt intima cordis tui penetralia habitando occupet, orato.

2. *Videte*

2 *Videte manus meas, & pedes.* Conſidera *in primis*, Chriſtum reſurrectionem ſuam tribus manifeſtaſſe modis. 1. viſu. 2. tactu. 3. eſu: vt tria quoque nos doceret, per quæ ſcire poſſemus, an Chriſtus in nobis reſurrexerit. 1. *eius videre manus*, id eſt, paſſionem eius memori mente recolere. *Et pedes* eius cum miſericordia intueri, pauperibus nimirum opitulando. 2. *Tangere*, patienter aliquid cum Chriſto ac pro Chriſto tolerando. 3. *Edere*, ſacrum eius corpus frequenter manducando, eiuſque verba diligenter audiendo, atque effectui mancipando. Conſidera *ſecundo*, Apoſtolos nimio delibutos gaudio, vix potuiſſe credere, quæ oculis cernebant. Cogita, quanta admiratione poſt obitum teneberis, conſpiciens in cœlis præclara illa ac ſtupenda, quę ibidem videnda vſurpandaque tibi exhibebuntur.

3. *Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelli-*

gerent Scripturas. Poſt ſumptum cibum, Scripturarum ſenſum probe adſequuntur. Sacro ſiquidem Chriſti corpore frequenter veſci, ac ſedula mente verba Dei, Chriſtique paſſionem, recolere, faciunt nos diuinam intelligere voluntatem. *Dein,* ſine Chriſto, per peccata & inſcitiam, ſenſus ſunt ligati, ideoq; peccata abs te profligabis, vt cognoſcere Deum valeas. Nota vero hinc peccatorum enormitatem, quæ nō niſi per mortem filii Dei vnigeniti relaxari poterant.

ORATIO.

Deus qui Eccleſiam tuam nouo ſemper fœtu multiplicas, concede famulis tuis, vt ſacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per Dominum noſtrum, &c.

DO-

DOMINICA I. POST PAſcha, de Chriſti apud Apoſtolos apparitione.

EVANGELIVM, Ioan. 20.

CVM eſſet ſero die illa vna Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli propter metum Iudæorum, venit IESVS, *& ſtetit in medio &c.* Conſidera *in primis*, Chriſtum mane quidem reſurrexiſſe, veſpere vero Apoſtolis ſe conſpiciendum exhibuiſſe. Qui etiamſi è veſtigio opitulari tibi valeat, differt tamen nonnunquam, vt paratiorem te reperiat. Licet ſalutares nonnunquam tibi admonitiones interim ſuggerat, quemadmodum monuit Apoſtolos per mulieres. *Secundo*, Chriſtum in præſenti hoc Euangelio terna ad minus voce Diſcipulis pacem comprecatum: vt tria nobis pacis genera largiretur, cum Deo videlicet, cum nobis ipſis,

Digitized by Google

ac proximis. Poſtquam autem pacem hanc eis impertitus eſt, conſpici tangique ſe permiſit, donans eis relaxandorum facultatem peccatorum: quatenus manus operaque eius videas, & latus eius (charitatem videlicet) tangas ac ſequaris, nec non & per confeſſionis ſacramentum, ſæpe à peccatarum tuorum noxa te emundes. *Tertio*, quam perniciosum ſit, abs ſanctorum hominum conſorcio ſe ipſum ſequeſtrare, quos Chriſtus noſtra in abſentia inuiſit. Quem tamen ſi necdum inueneris adhuc quærito: reuertetur enim denuo; eique cum B. Thoma dicito; *Dominus meus, & Deus meus. Dominus* quidem, quia tuo me ſanguine redemiſti. *Deus* vero quia me ad imaginem tuam creaſti. Non *noſter* duntaxat Deus ac Dominus, ſed & *meus* ſingulariter. Quidquid enim pro aliis patraſti ac toleraſti, tam ad me pertinet, quã ſi mihi vni ea præſtita forent. ORA-

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui paſchalia feſta peregimus, hæc te largiente moribus & vita teneamus. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA II. POST PAſcha. De bono paſtore.

EVANGELIVM, Ioan. 10.

EGO *ſum paſtor bonus. Bonus paſtor, animam ſuam dat pro ouibus ſuis, &c.* Conſidera *in primis*, Chriſtum ſe ipſum bonum nuncupare paſtorem, quatenus nos doceat, ſe tum nos, tum cæteras creaturas omnes paſcere, noſtri tamen ſingularem curam agere; vt quos ingenti cum labore ac dolore quæſitos, inuenerit: quo bonarum inſtar ouium, ab eo nos dirigi ſinamus. Sunt autem duo mercenariorum genera. Aliqui enim ob regnum duntaxat cœlorum

ſeruiunt, qui vti non male faciunt, ita & paſtores dici quoque queunt. Alii ob lucrum temporale, quos hic vituperat Chriſtus. Tu tecum iam nunc cogita, vtrum Deo propter eſcam ſeruias, an vero edas vt Deo ſeruias. Lupus, id eſt, hæreticus aut impoſtor facile id manifeſtabit, ſi ei reluctteris, eiuſque conſortium deuites. *Secundo*, Chriſtum ſuas agnoſcere oues: vt in omnibus tuis anxietatibus læteris. Ipſe etenim te nouit & obſeruat, ſi ex ouibus eius es. Sin minus, id eſt, ſi lupus, aut aliud aliquod pecus es, ouina contectum pelle, ne imponi tibi ſinas, Chriſtus enim nimis probe te nouit. Si porro ſcire cupis, bonáne ſis ouis, vide num Chriſtum noris, vti ipſe Patrem: ſemper præ oculis eum habendo, ac ſuper omnia diligendo. Chriſtus enim nouit ac curat oues ſuas, quemadmodum à Patre cognoſcitur ac diligitur. *Tertio*, plu-

plurimos eſſe peccatores, quos ideo pro ouibus ſuis Chriſtus habet, quod ad meliorem aliquando vitæ frugem poſtliminio redituri ſint. Quam ob rem neminem aſperneris. Fieri namq; poteſt, vt peccator quem nunc deſpicis, ſaluetur, tu vero damneris. Chriſtum igitur precare, vt per gratiam ſuam te ad ſe vocet, aureſq; tuas reſeret, vt vocem eius audiens, agnoſcas, agnitamq; ſequaris.

ORATIO.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexiſti, fidelibus tuis perpetuam concede læticiam: vt quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudiis facias ſempiternis perfrui. Per eundem Dominum noſtrum, &c.

* * *

DOMINICA III. POST PAſcha. De modico diſceſſu ac reditu.

EVANGELIVM, Ioan. 16.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum hic de morte ac paſſione ſua diſſerere, quę triſticiam eis conciliatura foret; nec non de reſurrectione, per quam gaudio cumulandi erant. Et ſancti quidem primum in hac lachrymarum valle mœrore adficiuntur, poſtmodum vero poſtpoſito omni mœrore, exhilarantur. Mali porro hic exultant, ac dein perpetuo triſtantur Hic interdum bonam aliquam ſentiunt inſpirationem, qua cũ Deum vident: in altera autem vita, nihil omnino boni audient ſentientve. Tu igitur noli hic delicatos dies quærere, ſed poſt mortem. *Secundo,* Apo-

Apoſtolos ex verbis Chriſti contriſtatos commotoſque fuiſſe. Quotus etenim quiſque in hoc mundo pius eſt, varias habet mœrendi cauſas, idque tum ob ſua, aliorumque peccata, tum ob negligentiam propriã, proximorumq́; miſeriam, &c.

Non enim hic læticiæ locus: vnde & Chriſtus nunquam hic riſiſſe legitur: qui tamen poſtea omni nos voluptatis genere perfundet. *Tertio*, ſimilitudinem parturientis mulieris, cuius triſticia haud diuturna eſt, at gaudium quod ex nouæ prolis augmento accedit, perenne. Tu quoque nouum parturias hominem, quantumcunque etiam difficile id tibi fit. Quando enim prauas tuas mortificaueris paſſiones, tunc in interiori cordis tui tranquillitate diuturna vita potieris. Precare igitur Deum, vt fortitudinem tibi virilem largiatur, qua poſſis noxias omnes vitiorum tuorum paſſiones neci dedere:

dere: quatenus ſine vlla naturæ tuæ rebellione, corde tranquillo ei deſeruias.

ORATIO.

Deus qui errantibus, vt in viam poßint redire iuſticiæ, veritatis tuæ lumen oſtendis; da cunctis qui Chriſtiana profeßione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea quæ ſunt apta ſectari. Per Dominum, &c.

DOMINICA IV. POST PAſcha. Mundum de tribus à Spiritu ſancto arguendum.

EVANGELIVM, Ioan. 16.

V*Ado ad eum qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? &c.* Conſidera *inprimis*, eorum hominũ conditionem, qui in Apoſtolis denotantur: vtpote, non percunctari, quid contriſtare eos valeat. *Suſcitamus*

tamur enim de mundi vanitatibus ac nouitatibus, at de toleranda cruce, vitæque noſtræ fine, non item. Te ipſum potius interrogato, ac dicito: *quo vadis?* & vide quid conſcientia tua tibi reſponſura ſit; forſan inquiet te cras moriturum, atque ad infernum purgatoriumve deſcenſurum. Beatus autem ille, qui in corde ſuo cœleſte aliquod reſpōſum perſentiſcit. *Secundo*, Spiritum ſanctum, qui & paracletus audit, non potuiſſe, niſi Chriſto iam abſente, in mundum venire. Debuit enim Chriſti præcedere paſſio, ac Spiritus ſancti aduentum promereri: neque apoſtoli alio habuerunt conſolatore opus, quam diu cum eis fuit Chriſtus. Diſce igitur hinc eximiam Seruatoris noſtri bonitatem, qui vti ſuos orbare conſolatione non vult, ita quoque binos eodem tempore cōſolatores eſſe haud ſinit. Ea propter ſi veram Spiritus

ſancti conſolationem cupis, mundanam relinquito; tecumq́; cogitato, Deum temporali te interdum conſolatione ſpoliare, vt ad Spiritus ſancti conſolationem ſuſcipiendam magis idoneum efficiat. *Tertio*, huius eſſe officium mundum de tribus arguere ac inſtruere. *Primo* quidem de peccato, quod plerumq; ex defectu fidei prouenit. *Dein* de iuſtitia, quę haudquaquam in mundo ſincera eſt, eligens bonum pro malo, ac malũ pro bono ducens. Chriſti porro iuſtitiam ſinceram eſſe inde comprobatur, quod in cœlum eum perduxerit. *Tum etiam* de iudicio. Mundus iudicat peruerſe. At Chriſtus qui in mundi Principẽ ſententiam tulit, iuſte duntaxat iudicat. Cuius ideo iudicium mortaliũ cuiq; merito pertimeſcẽdum. Nam ſi mundi huius Principi nullatenus pepercit, multo minus tibi. Quem ora, vt eius te ſpiritus per fidem à

pec-

peccato cuſtodiat, & per gratiam ſuam iuſtificet, nec non & per timorem ſuum bonam de te ſententiam proferat.

ORATIO.

Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id deſiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per Dominum, &c.

DOMINICA V. POST PAſcha. Petendum in nomine IESV.

EVANGELIVM, Ioan. 16.

A*Men amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo, &c.* Conſidera *inprimis*, præſens hoc Euangeliũ modo proponi, quod Chriſtus die ab hinc quinto in cœlos conſcendens, neceſſitates noſtras ſibi apud Patrem

expediendas cõmendari velit. Eamque inſuper ob cauſſam, etiam craſtina luce, dies auſpicamur rogationum, quatenus cuncti Chriſti fideles ad rogandum incitentur. Et quidem Chriſtus hic nobis pollicetur, nos voti futuros compotes, dicens, *amen, amen*. Sed vti filii Dei Patrem rogare debemus, non autem veluti ſerui aut mancipia. Quin & in nomine IESV, id eſt per merita Chriſti, necnon & per Saluatorem, id eſt, quæ ſalutis noſtræ ſunt, petendum. Quod veteri in teſtamento inuſitatum penitus. Ideoq; recentem precãdi modum Chriſtus Eccleſiæ ſuæ commendat, etiamnum diuino in officio tritum nobis ac vſitatum, *Per Chriſtum Dominum noſtrum. Secundo*, petendum eſſe, vt gaudium noſtrum plenum ſit ac ſolidum; mundus ſiquidem vanum largitur gaudium, ſenſus quidem titillans, ſed cor inane relinquens. At Dei gau-

diũm,

Digitized by Google

dium, cor implens, in cætera etiam deriuatur membra. Quod tamen gaudium in hoc mundo non tam eſt ingens, quin maius adhuc incremẽtum ſumere queat: in altera enim vita penitus nos implebit ac ſaciabit. *Tertio*, Chriſtum in cœlis pro nobis precari, ſacratiſſima ſua vulnera ac merita Paterno iugiter vultui obiiciendo. Orat ſiquidem vti homo, donat vero vti Deus. Sancti porro etiã per ſe ipſos exaudiuntur, ꝙ Chriſti meritis conueſtiti ſint, cui omnes noſtræ innituntur preces: vt pote cũ in Chriſtũ credamus, eumq́; diligamus. Quem idcirco feruenter precare, tuas vt orationes ſuis cum meritis Patri offerens, ea quæ ſalutis tuæ ſunt, tibi largiatur.

ORATIO.

1 *Deus à quo bona cuncta procedunt, largire ſupplicibus tuis, vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt, & te gubernante eadẽ faciamus.* Per Dominũ noſtrum, &c.

DO-

DOMINICA POST CHRISTI in cœlos adſcenſum. De teſtimonio Spir. ſancti.

EVANGELIVM, *Ioan.* 15. & 16.

CVm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum duorum flagitare patrocinium teſtimoniorum, Paracleti nimirum, & apoſtolorum: quatenus internum DEI teſtimonium, noſtris in conſcientiis ſentientes, etiam bonæ vitæ exemplo, laudabile proximorum noſtrorum teſtimonium conſeqni mereamur. Animum igitur aduerte, num in te Spiritus reſideat ſanctus, num conſciẽtia alicuius te facinoris arguat, num denique precibus libenter incumbas. Vocatur namque hic Spiritus, *paracletus*, id eſt, conſolator ac patrocinator,

cinator, quod gratiæ ſuæ dono animam conſoletur, ac cum deuotione orare nos doceat. *Secundo*, quod per bonæ vitę conuerſationem Chriſto teſtimonium ferre oporteat: proximis noſtris re ipſa oſtendendo, mãdato eius factu poſſibilia exiſtere, eiuſque iugum, dulce penitus ac delectabile eſſe. Quod quidem teſtimoniũ efficacius erit, ſi ab initio Chriſtũ ſecuti, conſtanter ei ſuo in ſeruitio adhæſerimus, neq; vlla aduerſitatis ꝓcella, ab arrepto melioris vitæ propoſito diſciuerimus. *Tertio*, bonis omnibus neceſſario patiẽdum, vt probentur: adeo vt mirari non debeas, ſi quid aduerſi nonnunquam tolerandum occurrat. Quãdo Seruator ipſe ſuo nos exemplo docuit, noſtri fore muneris, bene agere, ac mala perpeti. Vnde eorum potius, qui te adfligunt, miſereare: quippe, qui & Deum ignorantes, & de extremo iudicii die, in
que

quo bonorum omnium ac malorũ retributio erit, nequaquam cogitantes, ignoranter delinquunt. Ora igitur Deum, vt quæ toleras, meritoria efficiantur.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, fac nos tibi ſemper & deuotam gerere voluntatem, & maieſtati tuæ ſincero corde ſeruire. Per Dominum noſtrum, &c.

DIE SOLEMNI PENTECOſtes. De Spiritu ſancto.

EVANGELIVM, Ioan. 14.

SI quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus &c. Conſidera *inprimis*, quod etiamſi vna ſanctiſſimæ Trinitatis perſona, nunquam ſine aliis ad nos veniat, nonnulla peculiaria tamen dona magis his, quam illis adſcribi. In baptiſmo ſiquidẽ Pater ſuos nos

Digitized by Google

lios efficit: in venerabili altaris Sacramento, Chriſtus Deus & homo nos viſitat. In confirmatione deniq; Spiritus ſanctus ſuis nos ſeptenis donis cumulat. Qui & hodierna luce vehementi cum ſonitu, in diuerſarum ſpecie linguarum, ſupra ſingulos Chriſti fideles viſus eſt reſidere. Inſinuare nobis volens, nouæ legis Euãgelicæ prædicationem longe lateque per Orbem omni linguarum genere diſſeminandam: eoſq; ignitos ac diuiniloquos plane futuros, quos cœleſtis hic Spiritus repleret. Quam ob rem tuam diſponito animam, ternas vt haſce perſonas hoſpitio excipias, ac iugiter in te conſerues. *Secundo*, huius eiuſdem Spiritus munus eſſe, per fidem, internumque rerum diuinarum guſtum, nos docere. Tecum igitur diſpice, quid tibi potius ad palatum faciat, Munduſne, an Deus: vt quo ſpiritu regaris, cognitum habeas.

Tertio,

Tertio, Chriſtum per Spiritum ſanctum, pacem nobis ſuam donare, ac relinquere: non quidem inani duntaxat, vti mundus adſolet, verborum affatu, ſed re ipſa. Quoties námque ſacram percipis euchariſtiam, magnum tibi ſolamen ac quietem adfert, atq; in te relinquit Chriſtus, animam tuam penitus exhilarantem ac reficientem. Ideoque deuote admodum ſacram hanc menſam frequentato, Deumque vt per Spiritum ſuum omnes tuos artus, animíq; vires, confortet, orato.

ORATIO.

Deus qui hodierna die corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum, & cæt.

FERIA

Digitized by Google

FERIA SECVNDA POST Pentecoſte.

EVANGELIVM, Ioan. 3.

SIc Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipſo, non pereat, &c. Conſidera Spiritum ſanctum, Dei eſſe charitatem, qua cum Deus mundum creauit ac recreauit. Itaq; verba hæc admodum ſunt efficacia, vt ad diuini numinis charitatem nos inflamment. 1. *Deus*, cuius magnitudo, pulchritudo, fortitudo, immenſa, 2. *mundum*, homines videlicet mundanos, peccatores, cõtemptibiles, ingratos, immundos, &c. 3. *Sic dilexit*, ex animo, oſtendens reapſe ſuam erga eos dilectionem. 4. *filium ſuum vnigenitum*, qui ſolus exiſtit filius Dei, vnus idemq; cum eo Deus. 5. *daret*: prorſus vt omnia ſingulaq; eius opera ac merita, noſtra ſint: imo ille ipſe noſter, eiuſque in ſacra ſynaxi

cor-

corpore reficeremur. Huius autem muneris cauſſa eſt; ne periremus, ſed ſaluaremur. Ideoque ſummo iure obligamur omni eum amore ac gratiarum actione proſequi.

2. *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Chriſtus duos ad nos habet aduentus: quorum *primus* eſt cum miſericordia, tanto videlicet tempore durante, quoadusque in hoc mundo ſuperſtites erimus: tam diu namque paratum ſe exhibebit, noſtra vt peccata clementer relaxet, ac errantibus veniam tribuat. *Alter* eſt poſt obitum, iuſtitia plenus. Vnde ſi iam miſericordiam eius renuis, iuſtitiam tandem ipſius re ipſa experieris. Et quemadmodum Chriſti miſericordia charitaſque, quam in hac nobis vita præſtat, incomprehenſibilis eſt magnitudinis, ita quoque ſeuera eius iuſtitia, poſt vitæ huius decurſum,

Digitized by Google

ſum, omnem ſuperabit intellectum: ſicuti etiam indignatio eius ſuper ingratos ac peruerſos homines.

3. *Omnis qui mala agit, odit lucem.* Veriſſima hæc eſt ſententia. *Primo* namque peccatores omnes, diuinæ ſunt gratiæ oſores. Deus ſiquidem eſt lux vera, quam ipſi reiiciunt. *Dein* vero, quòd qui peccat, ignorari delicta ſua cupiat. Diſpice igitur tecum, peccata num noris tua, & num ea apud Sacerdotem libens confiteare; æquanimiter interim toleràs, ſi eorum monearis ac arguaris; Licet interim diabolus ægrè ferat, ſi quis eius ſuggeſtiones cuipiam patefaciat, ne fraudes, quas prætendit, in lucem veniant. Tu vero Deum ora, tenebras vt diſpellens tuas, per infinitam charitatem ſuam, cor quoque tuum cœleſti amoris igne inflammet.

ORATIO.

Deus qui Apoſtolis tuis ſanctum dediſti Spiri-

Spiritum, concede plebi tuæ piæ petitionis effectum; vt quibus dediſti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum, &c.

FERIA TERTIA PENTE-coſtes.

EVANGELIVM, Ioann. 10.

1. *QVi non intrat per oſtium in ouile, ſed adſcendit aliunde, hic fur eſt, & latro.* Conſidera *in primis*, plurimos paſſim reperiri, ſupplantare te ſtudioſe cupientes: qui ſi non eo te docent modo, quo Chriſtus, Eccleſia, ſuperiores, *fures* eos cenſeto, qui te diuinæ gratię, adeoque & virtutum omnium præſidio ſpoliare nequiter moliuntur: nec non & animæ tuæ *latrones*. Cōſidera *ſecundo*, Chriſti, veri videlicet paſtoris, conditiones ac functiones. 1. nominatim ſuas nouit oues. 2. Ex omni eas anguſtia educit. cor lętum apertumq́; eis largiens. 3. ante eas vadit, nihil eis p̄cipiens,

piens, quod non prius ipſe præſtiterit. Conſidera *tertio* oues Chriſti *in primis* vocem, id eſt, ſermones, admonitiones, inſpirationes, audire. *Dein* vero eum ſequi, eumq; præ oculis ſemper habere. Vide iam nũc, an bona ſis Chriſti ouis. Sin minus, diaboli mancipium es æternam tuã perniciem quæritantis.

2. *Per me ſi quis introierit, ſaluabitur.* Conſidera quaternas eorum qui per Chriſtum ingrediuntur, id eſt, qui legitime officia conſequuntur, eaque vti par eſt, recta intentione exequuntur, vtilitates. Quarum 1. *ſalute potientur*; quippe cum æterna ſalus merces ſit obedientiæ, gratiæque ſancti Spiritus, cuius ope bona deſignantur opera. 2. *ingredientur*, id eſt, ſpiritales efficientur, & per ſeptena Spiritus ſancti dona, etiam in hac vita diuinorum conſequẽtur guſtum ac intellectum myſteriorum. 3. *egredientur*, conſequendo vi-

T delicet

delicet cor liberum ac apertum, inſigni conſolatione perfuſum. 4. *paſcua inuenient*: id eſt. Sancti Spiritus gratia implebuntur. Obſerua num tria hæc poſteriora etiam in te reperiantur. 1. an verbum Dei tibi adlubeſcat. 2. an cor tuum latum ſit, ac triſticiæ expers. 3. an denique Diuinam in te gratiam ac conſolationé ſentias. Quibus ſi præditus es, ſperare licebit, te Dei eſſe filium.

3. *Fur non venit, niſi vt furetur, mactet, & perdat*. Hæc opera ſunt cacodæmonis. 1. *venire* non miſſum; docere inſuper propriæ inhærere voluntati ac perſuaſioni. 2. Hiſce adminiculis bonis nos ſpoliare omnibus quæ habemus, tam ſpiritalibus quam corporalibus, ſanitate, honore, opibus &c. 3. *Mactare*: non ſolum animam letiferi ictu peccati, verum & corpus ipſum. Statim enim vbi mortifero nos videt peccato inquinatos, nihil aucupatur aliud,

liud, quam vt neci nos dedat, & ad perpetuos gehennæ cruciatus, priuſquam reſipiſcamus, præcipites agat. 4. *Perdere*, id eſt, in infernum detrudere. Hunc igitur furem cane peius & angue fugito, nec non & propriam voluntatem, inobedientiam, peccatum mortale &c. ſubiiciendo te potius voluntati diuinæ, tuorumq; ductui ſuperiorum.

Oratio.

Adſit nobis Domine quæſumus virtus Spiritus ſancti qui & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis.

DOMINICA TRINITATIS.

De ſanctiſſima Trinitate.

EVANGELIVM, Matth. 16.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii,

& ſpiritus ſancti. Conſidera *inprimis*, abſolutam Chriſti in cœlum terramq́; poteſtatem, tribus ipſi communicatam modis; vt Deo per natiuitatem ex Patre; vt homini per vnionem in perſonam diuinam: vt Redemptori, qui ſacratiſſima ſua paſſione eam promeruit. Et quidem poteſtas eius magna eſt, ideoq; eum timeto, quãdo vel in tremendo miſſæ ſacrificio eum conſpicis, vel in ſacramento altaris ſuſcipis. Eſt etenim rerum creatarum omniũ Dominus, quas & ſuo pro arbitratu in nihilum redigere poſſet. *Secundo*, tria quæ ſuis Seruator præcepta dedit Apoſtolis: docere nimirum populum ea quę ſunt fidei, dein baptizare, poſtremo in quouis virtutum genere inſtruere. Ante omnia vero habenda eſt ſincera de ſanctiſſima Trinitate fides: vnum videlicet tantummodo eſſe Deum, & tres perſonas. Ideo namque dicitur. *In nomine,*

nomine, non, *in nominibus*. Pater quidem eſt Trinitatis initium, non tamen ſenior potentiorve Filio aut Spir. ſancto. Filius namque ab æterno ex Patre genitus, eandem ab eo diuinitatis naturam conſecutus eſt. Quemadmodum Spiritus ſanctus non gignitur, ſed à Patre Filioque procedit, tanquam ab vno principio. Et hæc quidem cum accurate hic non capias: idcirco ita viuito, vt aliquando oculis intueri valeas. *Tertio*, Chriſtum ad conſummationem vſque ſeculi præſto nobis eſſe: neq; ſolum per ſpiritalem præſentiam, è cœlo nos intuendo, verum etiam per corporalem, in venerabili altaris Sacramento. Quod ſi condignè frequentaueris, in te permanebit, teque mirum in modum immutabit. Vnde rogato eum, vt ad te cum Patre, qui te in virtutum progreſſu corroboret, veniat: nec non & cum Spiritu ſancto, qui te charitate inflam-

flammet, ſicque tandem ſuæ te ſapientiæ participem efficiat.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeßione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Dominum, &c.

DOMINICA I. POST PENtecoſten, Exhortatio ad miſericordiam.

EVANGELIVM, Lucæ 6.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini, &c. Conſidera *in primis*, primam quam poſt Spiritus ſancti ſuſceptionem Eccleſia nobis doctrinam præſcribit ad miſericor-

cordiam admonitionem eſſe, in cordis miſeratione ſitam. Quam quidē Christo impendēs, ne vel pro te, vel proximo tuo fruſtra tot in cruce tormenta toleraſſe (quod abſit) videatur. Inde vero ſuperiori tuo, vt ſine grauamine ac tædio te regant: nec non & proximo, quatenus ope adiutus tua, ſalute potiri valeat. Verum enimvero in exhibenda miſericordia Patri tuo cœleſti adſimilare; qui iugiter bene de te meretur, etiamſi malus ac ingratus ſis. *Secūdo,* duo quæ prohibentur nobis, *iudicare,* nimirum ac *condemnare.* Quę ab aliis iudicata non ſunt, tu diiudicāda ſuſcipere nolito. At quæ à legitimis iam lata ſunt iudicibus, ea tibi quoque commemorare licet: veluti, gehennæ pœnas ſubituros, omnes quotquot in hæreſi aut mortali peccato hinc decedunt. Neminē porro ex ſuſpicione iudicato: fieri namq; poteſt, vt aliter ſit interius conſti-

 tutus.

Digitized by Google

tutus, quam exterius præſeferat. Duo autem ſunt, quę præcipiuntur, *dimittere* noxam videlicet, ac ſpiritales ſeu temporales eleemoſynas *donare*. Prout ignoueris aliis, ſic & Deus ignoſcet tibi, ſiue verbis id nudis facias, ſiue ex corde. *Tertio*, regni cœleſtis præmium, quod eleemoſynis adquirendum. Erit etenim tanta *menſura*, prout mente concipere valebis, *conferta*, implens vires tuas omnes: *coagitata*, nihil vacuum relinquens; *ſuperfluens*: eris ſiquidem intrinſecus ac forinſecus bonis omnibus refertus. Roga Deum, vt in neminem, præterquam in te vnum oculos coniicias: qui enim de ſe ipſo duntaxat ſententiam fert, ingentem cordis ſentit tranquillitatem, & à nomine inſuper diiudicabitur.

ORATIO.

Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto pro-

propicius inuocationibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA II. POST PENtecoſten. De cœna magna.

EVANGELIVM Luc. 16.

HOmo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata ſunt omnia, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum hunc eſſe hominem, qui cœnam hanc adornarit: ideo ſic nuncupatam, quod nouiſſimum ſit conuiuium, quod hic incipit, atque in omnem æternitatem durat. Eodem ſiquidem cibo in cœlis beati veſcuntur, ſed aperte, ac ſine vllo aliarum ſpecierum operimento. Eſt autem cœna

magna, tum ob exquiſitorum præſtantiam ciborum, tum ob eximiam inuitatorum copiam. Vocatur autem *quidam* quòd in mundo, cùm cœnam hanc inſtrueret, parui admodum reputatus ſit. *Fecit* autem cœnam hanc, & non parauit ſolum; quia inſolitus ac nouus hic apparandæ cœnæ modus eſt, nunquam in mundo amplius vſitatus. Cibus quippe eſt, ſacratiſſimum eius corpus; ſanguis, potus. *Secundo*, homines ſæpe bonum concipere animi propoſitum, ſed cum ad rem peruentum, retrahere pedes. Quorum nonnulli id faciunt, aliarum ineſcati delectatione rerum, veluti qui villam emerat: quidam lucri odore, ſicuti qui boues ſibi comparauerat: alii ob nuptiarum contractum. Adeo vt raro conueniens ſit ſeruiendo Deo tempus: modo enim hæc viſenda videndaque, modo iſta guſtāda ac deguſtanda:

da: præterea enim de temporalibus nihil habes facultatibus. *Tertio*, Deum nullas pati excuſationis moras. Vnde tu ſi nolis, alios in locum tuum quantocius ſufficiet: vtpote *pauperes* ac *debiles*, pauperiem ægritudinemq́ue ſuam agnoſcentes: *cæcos*, in alios oculos haud coniicientes: *claudos*, bonum ſæpe propoſitum concipientes, ac labentes. Ora Deum vt te vocans, rebellem quoque tuam ad ſe compellat voluntatem: vt delicatum hunc cibum deguſtes, ac ſuauitatem ex eo percipias.

ORATIO.

Sancti nominis tui Domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tua dilectionis inſtituis. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA III. POST pentecoſten. De oue perdita.

EVANGELIVM, Luc. 15.

ERant appropinquantes ad IESVM publicani & peccatores, vt audirent eum. Et murmnrabant Phariſæi & ſcribæ, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum eis, &c. Conſidera in primis Chriſti benignitatem, peccatores humaniter vti perditos ſuos filios, excipientis, cibumque vna cum eis ſumentis. Reficit namque eos ſacramentis ſuis, & ab eis viciſſim piis reficitur deſideriis. A quo ſi excipi velis, bona te ei ſocies voluntate, ac humili cum obedientiam eum audias. *Secundo*, omnes creaturas rationis compotes, vti angelos & homines, oues eſſe Dei, quod ab eo nutriantur ac regantur, vti oues à paſtore ſuo; ſunt proinde etiam denarii,

narii, ob diuini numinis, qua inſi-
gniti ſunt imaginem ac ſimilitudi-
nem. Vna autem ouis deperierat,
cum humana in perniciem natura
eſt prolapſa. Quemadmodum enim
ouis deperdita, magno verſatur in
diſcrimine luporum, nec ſuapte
ſponte remeare domum valet; ita
etiam peccator in malorum ſpiri-
tuum periculo degit, ſibique ipſi o-
pitulari nequit. *Tertio*, quid Chri-
ſtus laboris ac difficultatis vnius de
perditę ouis cauſa ſuſcipiat. Relictis
etenim tam innumeris beatorum
Angelorum in cœlo cateruis, lumē
accendit, naturam adſumens hu-
manam, domum euerrit ac euertit,
Iudæorum repudiãs nationem, me-
tropolim, templum. Tandemque
te in cruce reperit, & cum Angelis
ſuper hoc lætatur. Cui ea de cauſſa
gratus eſſe ſtudeto, quod tantos pro
te labores exantlauerit. Non enim
minus conſecutus es beneficii, quã

ſi pro te ſolo eas difficultates ſubiiſſet.

ORATIO.

Deprecationem noſtram quæſumus Domine benignus exaudi : & quibus præſtas ſupplicandi affectum, tribue defenſionis auxilium. Per Dominum, &c.

DOMINICA IV. POST Pentecoſten. De piſcium captura.

EVANGELIVM, Lucæ 5.

CVm turba irruerent in IESVM *vt audirent verbum* Dei *& ipſe ſtabat iuxta ſtagnum* Genezareth *: & vidit duas naues ſtantes, &c.* Conſidera *inprimis*, hominum, verbum Dei audire cupientium feruorem. Vnde tu quoque ad Chriſtum conuolato, quem ad te ſuſcipiendum adiuuandumq; paratum reperies. Conſidebat autem in Petri nauicula, ſancta videlicet Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia, quæ à Petro, eiuſque ſucceſſoribus perpetim gubernatur. Eſt autē hæc nauicula à terra ſubducta, quod vita Eccleſiæ non terrena ſit, ſed cœleſtis. *Secundo*, Chriſtum finita cōcione dixiſſe: *duc in altū, & laxate retia veſtra in capturā*. Vult enim vt verbū Dei effectui mancipātes, qua verbis qua operibus hominum cōuerſioni incumbamus. Officiū ſiquidē noſtrum eſt, in altū ducere, id eſt, cœlum verſus cōtendere, illiq; eminentiorem nobis cōmorandi locū præparare. *Tertio*, quid Chriſtus Petro imperet faciatve: pro eo namque quod accōmodatam dediſſet nauiculam ad docendum, ingenti donatur piſcium multitudine. Qui deinde ad pedes Chriſti procūbens, piſcator hominū efficitur. Tandem vero relictis omnibus, in Chriſti Apoſtolum adſciſcitur. Large etenim Chriſtus remunerat quæ in honorē eius agimus. Quem roga, vt ex procello-

celloſis mundi fluctibus in ſuam te nauem excipiat, atque in quietam commorãdi vrbem transferat: quatenus ab infernalium beſtiarum immunis periculis, ad cœleſtis vitæ portum prouehare.

Oratio.

Da nobis Domine quæſumus, vt & mundi curſus patifice nobis tuo ordine dirigatur, & Eccleſia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dominum, &c.

DOMINICA V. POST PENtecoſten. Ira odiumque vetatur.

EVANGELIVM, Matth. 5.

AMen dico vobis; niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. &c. Conſidera *inprimis*, quanta ſit, ad conſequendum cœleſte regnum, puritate opus. Non enim facta

cta operaq; exteriora munda dun-
taxat eſſe debent, verum etiam in-
teriores cordiũ cogitationes: prot-
ſus vt nec odium, nec ocioſum ver-
bum locum inibi vllum reperiat. A-
poſtolorum ſiquidem pedes, pulue-
rem, id eſt, venialia peccata, excute-
re debuere, cætera alioquin mundi:
imo facta etiam quotidiana illic di-
ſcutienda diiudicandaque. Ratio
vero eſt, ingens illa cœleſtis regni
pulchritudo, in quod ne minima
quidem peccati labecula ingredi va
let. Dein vero ipſa diuinitatis, quæ
anima excipitur, puritas. *Secundo*, o-
dium cordis in purgatorio poſtmo-
dum non minus vindicatum iri, quã
hic ſolet homicidium: exteriora ve-
ro odii indicia, grauius adhuc vin-
dicanda. Conuicium porro ex ani-
mi indignatione prolatum, gehen-
nam mereri. Cogita igitur, quoties
proximum tuum nõ ſolum fatuum,
beſtiam, furem &c. nuncupaueris,
verum,

verum etiam verberibus exceperis, dirisq́; deuoueris. *Tertio*, Deo fraternæ charitatis ſtudiũ magis eſſe cordi, quã ſacrificiorum victimarumq́; oblationem: ideo noli proximorum tuorum indignationem deſpectui habere, maxime fratrum, ſeu hominum Deum timentium. Qui de hoc ſeueram abs te vindictam flagitabit. Hæreticorũ vero aliorumve hominum improborum indignatio haud magnopere curanda. Precare Chriſtum vt animam tuam pretioſo ſuo ſanguine emundet: ne poſt hanc vitam diu in itinere maneas, ſed recta in cœlum contendas.

ORATIO.

Deus qui diligentibus te bona inuiſibilia præparaſti, infunde cordibus noſtris tui amoris affectum, vt te in omnibus, & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per Dominum, &c.

DO-

Digitized by Google

DOMINICA VI. POST Pentecoſten. Septem panibus turba paſcitur.

EVANGELIVM, Marci 8.

CVM turba multa eſſet cum IESV, nec haberent quod manducarent, conuocatis Diſcipulis, ait illis: miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, &c. Conſidera *inprimis* turbæ huius feruorem, triduo ſub dio ſine cibo potuque, Dominum ſuſtinentis. Erant autem eorum plerique inopes ac debiles. Qui enim magnarũ ſunt opum viriumq; cõmodis potius ſtudent ſuis, quam vt Chriſti inſiſtant veſtigiis. Cogita Chriſtum, turbæ huius curam gerẽtem, quæ non niſi triduo eum ſequebatur, & pro cibo nequaq̃ eum interpellabat, multò accuratiorẽ tui curam habiturum, ſi toto vitæ tempore eum ſequare, nullumque precandi finem facias.

Secun-

Secundo, deprauatam mundi huius conditionem. Turba namque etiam Chriſto præſente, corporis debilitate, Apoſtoli vero animi diffidentia laborant. Vide igitur, num in diuini numinis obſequio torpeas, an vero ferueas: nam qui non proficit, deficit. Noli autem animo vnquam diffidere; quippe, quãdo rebus iam deploratis, Deus nonnunquam præſto eſſe ſoleat. *Tertio*, Chriſtum panes piſceſque ſuis quidem confringere manibus, apoſtolorum autem turbis diſtribuere. Quod dona ac Sacramenta ſua nobis per ſuperiores noſtros impertiatur. Non autem pretio panes vendit, vt largas pauperibus diſtribuas eleemoſynas. Ex ſeptenis ſiquidem panibus, totidem implebantur cophini. Ora igitur Deum, vt etiam Sacramentis ſuis, ac ſeptenis Spiritus ſancti donis, nec non & totidem ſacræ euchariſtiæ fructibus, te ſaciet.

ciet. Qui ſunt, *in primis* peccatorum remiſſio. 2. damnationis immunitas. 3. vitæ ſpiritalis participatio. 4. aſſidua Chriſti præſentia. 5. rerum mundanarum abdicatio. 6. vita potiri ſempiterna. 7. cum Chriſto reſurgere.

ORATIO.

Deus virtutum, cuius eſt totum quod eſt optimum, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta in nobis religionis augmentum: vt quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio quæ ſunt nutrita cuſtodias. Per Dominum, &c.

DOMINICA VII. POST PENtecoſten. De Pſeudoprophetis euitandis.

EVANGELIVM, Matt. 6.

ATtendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum,

rum, cognoſcetis eos, &c. Conſidera *in primis*, Deum improbos ideo patienter tolerare, vt ad meliorem ſe vitæ frugem recipiant, vel bonis maioris ſint virtutis occaſio. Hi autem pſeudoprophetæ audiunt, *qui veniunt*, iniuſſi, propriam ſequentes voluntatem, *in veſtimentis ouium*, ſecundum exteriorem faciem mire ſe accommodantes: *intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*, peruerſe ac nequiter omnia intendentes. *A fructibus eorum cognoſcetis eos*, nam funeſtum ſortiuntur exitum, pellicientes in peccatum exitiumve. Tales ſunt etiam cogitationes noxiæ, virtutis ſpecie nonnunquam homini imponentes. *Secundo*, hominem comparari arbori in terram radicibus defixæ, at fructus ſurſum efferenti: vt cogitationes ſuas in cœlum dirigat. Atq; ſicut arbores infrugiferæ amputantur, & in ignem proiiciuntur: ita quoque homines inutiles, virtutum

tum omnium donis ſpoliabuntur, atque in ſempiternum gehennæ ignem præcipites dabuntur. Conſidera quid cruciatuum maneat illos qui noxios proferunt fructus, ſi tam grauia tolerare oportet eos qui nec bonos nec malos producunt? *Tertio*, omnem virtutis rationem, non in dicendo, ſed agendo: non in exteriori cæremoniarum cultu ſed in ſincero cordis affectu, conſiſtere. Ora igitur Deum, gratiam vt tibi ſuam largiatur, qua malum à bono diſcernens, hoc quidem adimpleas, illud vero effugias.

ORATIO.

Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoramus, vt noxia cuncta ſubmoueas & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum, &c.

DO-

DOMINICA VIII. POST Pentecoſten. De villico iniquitatis.

EVANGELIVM, *Lucæ 16.*

HOmo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud eum, quaſi diſsipaſſet bona ipſius, &c. Cõſidera *inprimis*, Deum eſſe hunc diuitem, cuius opes ſunt immenſæ: tu vero villicus es: tuæ ſiquidem facultates, non tam tuæ ſunt, quam Dei, cui de omnibus rationem reddere es obligatus. Et quidem ille breui te hinc auocare ſtatuit, maxime quando pauperes grauiter de te conqueruntur, quod non eo vti decet modo facultates tuas à Deo tibi conceſſas eroges: vtpote intellectũ, ſermones, actus, tempus, opes, honores, &c. *Secundo*, Deum identidem huius nos reddendæ rationis commonefacere concionibus, bonis

nis inſpirationibus, admonitionibus, ægritudinibus &c. Quidquid enim rerum pateris aduerſarum, nihil clamitat aliud quam, *redde rationem villicationis tuæ, non enim amplius poteris villicare.* Quam rigidum iſtud erit verbum, *iam certo tibi moriendum, atque omnia miſſa facienda?* Sæpius itaque hæc animo tecum verſans, rationes tuas adornato, quas infallibiliter reddere oportebit. *Tertio,* villici huius verba, *quid faciam;* id eſt, quid poſt obitum mihi eueniet? Cogita num gehennæ, vel purgatorii cruciatus tolerare queas. Qui ſi hic *fodere non vales*, id eſt, ieiunare, vigilare, aliiſq; pœnitentiæ operibus inſiſtere, atque humiles inſuper functiones ſubire *erubeſcis*, quid amabo facturus illic eris, vbi omne dedecus, omnis viget cruciatus? Eam ob rem iam nunc ad minus eleemoſynis largefaciendis incumbito, Deumque vt exigua quæ facis ope-
 ra,

ra, Chriſti filii ſui dignetur meritis ſociare, quo hac ratione gratiora ſint, orato.

ORATIO.

Largire nobis, quæſumus Domine, ſemper ſpiritum cogitandi quæ recta ſunt propicius & agendi : vt quia ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te viuere valeamus. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA IV. POST PENtecoſten. Hieroſolymitanæ deuaſtationis vaticinatio.

EVANGELIVM, Lucæ 19.

CVM appropinquaret IESVS Hieruſalem, videns ciuitatē, fleuit ſuper eam, dicens : quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, &c.

Conſidera *in primis*, Chriſtum ſuo in triumpho eiulare : omnis ſiquidem mundi pompa, lachrymis digna exiſtit.

Digitized by Google

iſtit. Legimus porro terna eum vice lachrymas fudiſſe. *Primo* quidem Lazarum ſuſcitaturus; vt aliorum miſerti iiſdem compatiamur. 2. In cruce, vt cum lachrymis orare diſcamus. 3. Hoc in loco ſuper malitia ac cœcitate peccatorum: pretioſiſſimi temporis curam nullatenus habentium, atque in bonis dies ſuos ducentium, tandemq; in momento ad inferos deſcendentium. *Secundo*, per Hieroſolymitanam hanc deuaſtationem, obitum exitiumque improborum denotari. Tunc namque inferorum cateruæ *circundabunt eos vallo*, ſingula quæque peccata obiectantes: nec non & obſidione cingentes, cateruatim ad prædam aduolabunt. Quin etiam *coanguſtabunt eos vndique*: ex præteritorum videlicet recordatione peccatorum, ex præſentium imaginatione tormentorum, ex futuro gehennæ metu. *Et ad terram proſternent*, ad deſperatio-

V 2 nem

nem adigentes, inſuper *& filios*, cogitationes nimirum omnes. Tandemq́ue *nec lapidem ſuper lapidem relinquent*: omnibus namque bonis ſpoliabuntur, quod accuratam temporis rationem habere neglexerint, detrectauerintque. *Tertio*, Chriſtum ementes iuxta ac vendentes flagro ex templo profligaſſe. Quid autem tibi, putas, faciet, qui ſæpe numero tuam in templo animam diabolo, qua garriendo, qua turpi cogitationi cum voluptate immorando, venalem exponis? Quam ob rem ex templo animi corporiſque tui, noxias omnes cogitationes eliminato, vnique Chriſto illud dicato: ne vel diabolus, vel mundus quidquam in eo ſui iuris conſpiciat, reperiatve. Quin & Deum, vt in hora mortis clemens tibi adſit, & ab omni cacodæmonum incurſu te defendat, orato.

ORA-

Oratio.

Pateant aures miſericordiæ tuæ Domine precibus ſupplicantium: & vt petentibus deſiderata concedas, fac eos quæ tibi ſunt placita poſtulare. Per Dominum, &c.

DOMINICA X. POST PENtecoſten. Oratio Publicani ac Phariſæi.

EVANGELIVM, Lucæ 18.

D*Ixit IESVS ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti; & aſpernabantur ceteros parabolam hanc. Duo homines adſcenderunt in templum, vt orarent, &c.* Conſidera *inprimis* Phariſæum, per quem ſuperbus quilibet intelligitur, in ea quæ à Deo bona adeptus erat, oculos coniicientem, gratias inde eidem egiſſe: ita tamen vt elatior ſimul efficeretur, ac proximum deſpiceret. Vnde longe eſt

 ſatius,

ſatius, vt tuas ad virtutes animum nullatenus deflectens, Deo eas cuſtodiendas committas. Forſan enim non tanti ſunt meriti, vti arbitraris, cum frequenti contactu cogitatuq; facillime coinquinentur. Quin potius & tuos defectus, & proximorum virtutes conſidera. Nullus eſt enim, in quo non aliquid imitatione dignum reperias. *Secundo*, in Publicani, id eſt, publici peccatoris, oratione, eius humilitatem, contritionem, ac ſpem conſequendæ veniæ, quæ in omni tuo precatu eſſe oportet, relucere. Quodlibet ſiquidem verbum, ſuam habet emphaſin. *Deus*, qui me creaſti, *propicius eſto*, non enim iuſtitiam, ſed miſericordiam imploro, *mihi*, care abs te coempto, *peccatori*, variis animam ſceleribus contaminanti. Naturam enim ex te, peccatum ex me habere me agnoſco. Item *mihi peccatori*. Alios etenim pro peccatoribus, vel ſaltem

ſaltem adeo magnis, vti ego ſum, haud quaquam reputo. *Tertio*, ſententiam Iudicis, peccatorem hunc alteri præponentis. Ea propter neminem deſpicito, neq; te ipſum meliorem, quam in oculis Dei es facito. Citiſſime namque offenditur ſuperbia, qui humilem peccatoris precatiunculam facillime audit, & exaudit. Quem ora, vt ratione iuſtitiæ ſuæ, non te poſtponat iis qui in hoc mundo viliores minoreſque reputantur: ne, quod abſit, cum Phariſæo audias, peccatores ac meretrices præceſſuros te in regno cœlorum.

ORATIO.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, vt ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per Dominum, &c.

DOMINICA XI. POST PENtecoſten. Mutus ac ſurdus perſanatur.

EVANGELIVM, Marci 7.

E*Xiens IESVS de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galileæ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei ſurdum & mutum, &c.* Conſidera *in primis,* mutum ſurdumque, hominem ſignificare peccatorem, de rebus diuinis illibenter ſermonem facientem aut audientem: ſed potius inania, mundana, nociuaq́; conſectantem. Quemadmodum enim aſinus expers eſt loquelæ, quod eum non intelligamus, atq; ad muſicam ſurdus, etiamſi rudens ab aliis aſinis intelligatur, eoſq́ue viciſſim ipſe adſequatur, ita quoque cum peccatore agitur, qui in mundo & à mundo intelligit, ac intelligitur, ſed non apud Deum. A piis autem homini-

bus

bus ad Chriſtum perducitur bonis inſpirationibus & exemplis. Tu porro ita vitam inſtitue tuam, vt nō tam ipſe ab aliis ducaris, quam ducas. *Secundo*, quid Seruator noſter egerit, vt miſerum hunc hominem perſanaret. Digitos namque miſit in auriculas eius, ſaliua ſua attigit, cœlumque intuitus, ingemuit, dicens *epheta*, id eſt, adaperire. Quod vt tibi quoque eueniat, facito; egrediendo ex rerum mundanarum tumultu, ore contingendo venerabile altaris ſacramentum, linguæ diſcretionem adhibendo, cor ſurſum ſæpius eleuando, ſuſpirando, Deum denique vt os nareſque tuas reſeret, rogando. *Tertio*, noſtri exempli cauſa Chriſtum prohibuiſſe miraculum hocce palam deprædicarier, Qui tamen quò inhibuit ſtudioſius, eò propalari cœptum eſt vehementius. Latere namque virtus diu haud poteſt. Itaque tu etiam dicito, *omnia bene eſſe*

facta. Opera namque Domini vniuerſa bona valde. Vnde cum nil niſi quę bona ſunt tibi præſtiterit, æquū eſt vt tu quoq; viciſſim nihil ei mali irroges. Quin potius ores, vt aures tuas ad diuinas ſuas percipiendas inſpirationes adaperiat, linguamque ad ſuas duntaxat deprædicandas laudes relaxet.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita ſupplicum excedis & vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam, vt dimittas quæ conſcientia metuit, & adiicias quod oratio non præſumit. Per Dominum, &c.

DOMINICA XII. POST Pentecoſten. Samaritanus ſaucio opem fert.

EVANGELIVM, Lucæ 10.

BEati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ

& reges

& reges voluerint videre quæ vos videtis, & non viderunt, &c. Conſidera *inprimis*, Apoſtolos ideo beatos prædicari, quod Chriſtum cernerent atque audirent. Quod & quotidie nobis vſu venit, in ſacramento enim præſentem eum indies conſpicimus, & in templis pro concione loquentem audimus. Ideoque Regibus aliquot ac magnalibus feliciores ſumus. Vera ſiquidem hominis beatitudo, non in exteriori honore, proſperitate, opumve magnitudine, ſed in Dei cognitione conſiſtit. Et quemadmodum Chriſtianus quilibet, mortalium omnium eſt feliciſſimus, ob tot & tam ſingularia in ſe à Deo collata beneficia, ita creaturarum omnium infeliciſſimus exiſtit, ſi iiſdem abutatur. *Secundo*, Chriſtum nullatenus Doctorem hunc reſponſo dignatum, ſed percunctatum duntaxat, quid in lege ſcriptum eſſet: vt nos doceret, quã

Digitized by Google

plurimos reperiri, qui nota ſibi in conſcientia, ſciſcitentur ab aliis, vt erroneis eorundem reſponſis, peccata excuſent ſua. Lex porro diuina præcipit vt Deum ex toto corde, anima, intellectu, viribus diligamus: id eſt, ne quid vel in nobis, vel in iis quæ ad nos pertinent quidpiã Deo contrarium inueniatur: tum ne in voluntate noſtra propoſitum hæreat delinquendi, aut in anima vitioſæ præualeant paſſiones, aut intellectus hæreſi, alia ve ignorantia obfuſcetur, aut denique in facultatibus noſtris aliquid illegitime partum reperiatur. *Tertio*, per miſerum hunc ſeminecem hominem in hac parabola peccatorem ſignificari, diabolicæ tyrannidis aſtu circumuentum, abs quibus omnibus ſuis ſpoliatus eſt meritis, virtutibus, aliiſque ſpiritalibus beneficiis, atque in donis naturalibus grauiter læſus. Chriſtus autem eſt

Sama-

Samaritanus, qui in iumentum illum ſuſtulit, quando in corpore ſuo peccata noſtra omnia tulit. Infundit autem ei oleum lene, atque acre vinum, id eſt, proſpera & aduerſa immittit, vt hac ratione vulnera eius curet. Quin & Eccleſiæ Prælatis nos commendat, iis vt pareamus iubet, quoadusque ſatisfacturus iiſdem, reuertatur. Quem pro tuorum relaxatione peccatorum ac vulnerum tuorum perſanatione precare; rogans vt ſua te gratia portet. Suauiter namq; equitat, quem gratia Dei portat.

ORATIO.

Omnipotens & miſericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter ſeruiatur; tribue nobis quæſumus, vt ad promiſsiones tuas ſine offenſione curramus. Per Dominum, &c.

Digitized by Google

DOMINICA XIII. POST Pentecoſten. Decem mundantur leproſi.

EVANGELIVM, Lucæ 17.

DVM iret IESVS Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerũt ei decem viri leproſi, &c. Conſidera *in primis*, Chriſtum ideo in mundum veniſſe, omnes vt ægritudines miſeriaſque noſtras depellat. Peccatum autem horrenda eſt lepra, fœtida, ſitibunda, contagioſa. Abs qua curari ſi volumus, contenta nobis voce clamandum IESV, Saluator: PRÆCEPTOR, qui tam aperte forinſecus doces, vt & intellectum illumines, & voluntatem emollias, MISERERE NOSTRI. Agnoſcimus enim prauitatem ac miſeriam noſtram, opemq; abs te flagitamus. *Secundo*, reſponſum Chriſti;

ſti; *ite, oſtendite vos Sacerdotibus. Ite*, inquam, non ſubſiſtentes, non moras nectentes, *oſtendite vos*, nihil peccatorum de induſtria verecundiave ſubticentes, ſed omnia in apertum, vti leproſorum habet conſuetudo, proferentes. *Sacerdotibus*, confeſſariis. Hi autem in itinere mundantur, vt ante exomologeſin, ſinceram concipias peccatorum tuorum contritionem. Quæ ſi ſufficiens fuerit, poterit etiam ante confeſſionem, peccati reatum relaxare, ita vt ſaluari poſſes, ſi ſine confeſſione exſpirare te contingeret, concipiendo tamen peccati inpoſterum euitandi propoſitum. *Tertio*, inter hoſce decem, vnum duntaxat repertum, qui ad Chriſtum remearet: pauci etenim ſunt, qui Deo dignas ſuis pro beneficiis gratias perſoluant. Roga Deum, vt qui te in ſacro baptiſmatis lauacro, ac ſæpenumero in pœnitentiæ ſacramento, à peccatorum

tuo-

tuorum ſordibus emundauit, de cætero immunem quoque ab iiſdem præſeruet. Perpaucos namque videre licet, qui in virtutis ſtudio conſtantes perſeuerent.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum: & vt mereamur adſequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA XIV. POST PENtecoſten. Nimiam abiiciendam ſollicitudinem.

EVANGELIVM, Matth. 6.

NEmo poteſt duobus Dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet, &c. Conſidera *in primis*, generale hoc axioma Deo apprime conuenire, qui à bonis diligitur,

tur, & à malis odio habetur: nec non & diabolo, quem vti boni oderunt, ita mali tolerant, neutri vero diligunt: vtpote, cui malitia ingenita. Sicuti Deum odiſſe mortalium nemo poteſt, cum ipſiſſima ſit bonitas. Diſpice iam nunc tecum, cuius ſub vexillo milites, & an non ſæpenumero Deum contempſeris, eumque pro ſtufero vno, aut hauſtu vini, viliſſimaque ſimili voluptatula, offenderis. *Secundo*, rationes quinque, quibus Chriſtus vtitur ad perſuadendũ tibi, vt omnem tuam in Deum curam coniicias. Quarum *prima eſt*, eum tibi animam ſimul ac corpus largiri, dignitate ſua victum amictumque longe ſuperantia. 2. Quod volucres cœli, ac beſtias agri nutriat veſtiatque, quanto vero magis dilectos ſuos filios. 3. Quod ſollicitudo nimia inutilis ſit: non valens te maiorem efficere, multo minus de neceſſariis tibi proſpicere. 4. Quod

Quod ad ethnicos potius quam ad Chriſtianos pertineat. 5. Quod Deus parens tuus ſit, probe compertum habēs neceſſitates tuas, quę idcirco nullatenus neglecturus. *Tertio*, quid à nobis requirat Deus. *Primo* quidem vt ante omnia ad regnũ eius anhelemus: vt plene in nobis ſine vlla peccati labe, aut praua voluntate, regnet. *Dein* vero vt idem ſerio indagemus, eam omnino diligentiam inſumentes, quam acquirendarum rerum mundanarum ſtudio inſumimus. *Poſtremo*, vt ad idem hoc propoſitum, conuenientia adhibeamus media: iuſtitiam videlicet, bonorum operum meritis ſociatam. Ora Deum, vt mundanas omnes ſollicitudines abs te quam longiſſime profligans, ſincerum rerum duntaxat diuinarum deſiderium tibi inſtillet.

ORATIO.

Cuſtodi quæſumus Domine Eccleſiam tuam

tuam propiciatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxiliis & abſtrahatur à noxiis, & ad ſalutaria dirigatur. Per Dominum, &c.

DOMINICA XV. POST Pentecoſten. De filio viduæ reſuſcitato.

EVANGELIVM Luc. 7.

IBat IESVS in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum illo Diſcipuli eius, & turba copioſa &c. Conſidera *in primis*, opulentiſſimum vnicumq; viduæ cuiuſdam filium vita iam functum, ad ſepulchrum deportari cœptum. Mors etenim nec ſenibus nec iuuenibus, nec diuitibus nec pauperibus parcit. Mundus quidem, dum adhuc viuis, nonnihil te extollere, morte vero liberare nequaquam poteſt, quinimo defunctum, mox à ſe eiicit. Cogita diligentiſſime, te aliquando moriturum, & tuo forſan

ſan arbitratu citius : vnde ſic vitam inſtitue, vt Chriſtus clementi ſuo occurſu, ab æternæ te mortis exitio eripiat. *Secundo*, quo pacto Chriſtus defunctum hunc reſuſcitet. Excitus nimirum largiori fletu materno ſubſiſtit, apud quem etiam vnica plurimum valet lachrymula. Dein vero feretrum contingit: nam ferale crucis lignum, ſuper quo mortui iacebamus, manuum ſuarum contactu apprehendit, noſque meritorum participes ſuorum effecit. Portitores porro ſubſiſtebant: duo anterius, peccandi videlicet conſuetudo, & prauorum hominum, quod deuitare oportet conſortium: ac totidem poſterius, vana diuturnioris vitæ ſpes, & diuinæ præſumptio miſericordiæ. Quando autem verbum Dei cor penetrat, tunc mortuus loquitur, ſuaque peccata confitetur. *Tertio*, Chriſtum adoleſcentem iam rediuiuum, matri reddidiſſe ſuæ,

pro-

Digitized by Google

propriæ eum voluntati relinquendo: quippe, qui neminem ad certum aliquod vitæ genus compellere cupit. Lauda igitur Deum cum hac turba, cuius opera plane mirabilia ſunt: eumque roga, vt à terrenarum rerum concretione alienum te efficiat, Eccleſiamque ſuam clementer viſitet.

ORATIO.

Eccleſiam tuam Domine, miſeratio continua mundet ac muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA XVI. POST Pentecoſten. Hydropicus curatur.

EVANGELIVM, Lucæ 14.

CVM intraret IESVS domum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbatho man-

manducare panem, & ipſi obſeruabant eum, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum nonnunquã de aliis bene mereri volentem, foris prandere ſolitum, ſed frugaliter admodum ac ciuiliter. Quod etiam hæcce innuunt verba, *mãducare panem*. Adibat enim calumniatores ſuos, qui ſiniſtros in eum oculos coniiciebant. Sed ignorabant illi, ſe viciſſim etiam ab eo obſeruari: vtpote, qui eorum dicta factaque, necnon & cogitatus ſingulos penitius introſpiciebat, de quibus ſuam poſtmodum ſententiam decerneret. Tu etiam ſingula quæque Chriſti dicta factaque ad imitandum obſerua, & ab aliorum obſeruandis defectibus caue. Nam Chriſtus alioquin tuos quoque notaret & argueret. *Secundo*, Chriſtum quocunque ſe recipit, debiles paſſim ac ærumnoſos reperire. Mundus enim defectuum plenus eſt. Hydropicus porro hic, infla-

inflatus, putentique aqua refertus, homines ſignificat elatos, auaros, luxurioſos: qui etiamſi pleni ſint, ſaturari tamen nequeunt: vti & hydropici perpetua torquentur ſiti. Vnde ſi ſanari geſtis, Chriſtum adito, faciem eius inſpicito, eiuſque cognoſcere & adimplere voluntatem laborato: nihil omnino Phariſæorum oblocutionem veritus, apud quos Chriſtus te defendet. Nota Iudæos hoſce, Chriſti non potuiſſe reſpondere verbis, multo ergo minus improbi reſpondere valebunt ad ea, quæ in vltimo ſuo tribunali eis obiiciet. *Tertio*, Chriſtum Iudæis hiſce præclara aliquot humilitatis documenta præſcripſiſſe: eoſque infimum ſemper deligere locum iuſſiſſe. Nam etiamſi ſuperbus hic non ſine verecundia poſtponatur, in futura tamen vita, quando viliſſimis etiam mendicis poſtponetur,

netur, an non magnopere verecundabitur? Ora Deum, vt non ſolum verbis humilitatem te doceat, verum etiam cor humile largiatur.

ORATIO.

Tua nos quæſumus Domine, gratia ſemper præueniat & ſequatur, ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos. Per Dominum, &c.

DOMINICA XVII. POST Pentecoſten. De maximo legis mandato.

EVANGELIVM, Matth. 22.

ACceſſerunt ad IESVM Phariſæi, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? &c. Conſidera *in primus* variis te obligatum modis, Deum ſuper omnia adamare; tum ob diuinæ dignitatem naturæ, in qua omnis decor ac perfectio relucet:

cet: tum ob multiplicia eius in te collata beneficia. Te etenim creauit, omneſq; in vſum tuum corporeas produxit creaturas. Quin etiam nutrit te ac regit, ſuoq; te ſanguine ac morte redemit, iuſtificans te Sacramentorum ſuorum adminiculo, ac ſacri corporis ſui alimento viuificans. Ac tandem etiam cœleſtis ſui regni gloriam, (cuius equidem potiundæ ſufficientia indies ſuppetit media) tibi adpromittens. Prorſus vt eo oporteat illum diligere modo, vt neque te ipſum, neq; aliud quidpiam, prætérquam in ipſo diligas. Vnde erubeſce, tuum quod amorem, eius ſæpe amori antepoſueris. *Secundo*, proximum duntaxat propter Deum diligendum. Eam ob rem ij diligendi ſunt impenſius, qui Deo proximiores exiſtunt. Vti in primis ſunt beatiſſima Virgo MARIA, cœleſtes beatorum Spiritus, ſuperiores noſtri, Vicarii Chriſti, ac

quotquot demũ Chriſtiano cẽſentur nomine, abluti in ſanguine Agni. Quæ quidẽ dilectio tantopere neceſſaria eſt, vt ea ſine diligi Deus nequeat. *Tertio*, quæſtionem de Dauidis filio Iudæis à Chriſto propoſitã: quatenus nos doceat, haud poſſe ſinceram, ſine vera fide charitatẽ ſubſiſtere. Quem ora vt in veteri orthodoxæ Eccleſiæ fide te cõſeruet: per quam eum timeas, qui ad dexteram Dei Patris omnipotens reſidet: ſimulq́; ob ea quæ tibi indies præſtat beneficia, diligas.

ORATIO.

Da quæſumus Domine populo tuo diabolica vitare contagia, & te ſolum Deum pura mente ſectari. Per Dominum, &c.

DOMINICA XVIII. POST Pentecoſten. Paralyticus ſanatur.

EVANGELIVM, Matth. 9.

AScendens IESVS in nauiculam, transfreta-

fretauit; & venit in ciuitatem ſuam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto, &c. Conſidera *inprimis*, Chriſtum Capharnaum, celebre nimirũ emporiũ, ſibi ad habitandũ delegiſſe, ꝙ & ciuitatem ſuã Euangeliſta appellat. Probe etenim nouerat, plurimos inibi peccatores cõmorari, vnde & libentius eorum ſalutis cauſa illuc diuertit. Vnde nullum debes adſpernari locum: quãdo videlicet potentius ſuam ſolet Chriſtus nonnunq̃ virturem exerere, vbi hoſtes habet tum numero frequẽtiores, tũ malitia nequiores. Porro cęteros inter infirmos, etiã hunc inibi repperit paralyticũ, lecto defixũ. Peccator ſiquidẽ in corporis ſui lecto volutatur ac paſſionum ſuarũ adminiculo portatur. Vnde etiam atque etiam vide, tuaſne paſſiones regas, an ab ipſis regaris ac impellaris. Tum Chriſtum, vt ingens hoc in te malum perſanet, adito, aliorumque

Digitized by Google

piorum ominum ſuffragia, quatenus eo te facilius Chriſtus exaudiat, implorato. *Secundo*, corporis ægritudinem, ex peccato ſæpe numero prouenire, ideoque conſultum fuerit frequentius confiteri, ne peccata vllum tibi morbum concilient. Cæterum ſcribæ hanc peccatorum condonationem reprehendebant. Nam humani generis hoſtis pro viribus eam ſemper impedire ſtudet. Tu porro mundanas nolito curare oblocutiones ac irriſiones, ſed potius ad ingens illud emolumentum, quod ex deuota Sacramentorum frequentatione percipis, animum conuerte. *Tertio*, Chriſtum confirmandæ virtutis ſuæ, qua peccata relaxauerat, ergò, paralyticum hunc priſtinæ ſanitati reſtituiſſe. Per corporalia ſiquidem miracula, recentia confirmanda ſunt dogmata. Tria autem protulit verba. 1. *Surge*: noli amplius procumbere, etiamſi ſæpius

pius impingas; licet enim ſæpe in lutum incidas, hoc tamen diutius in eodem non vis hærere. 2. *Tolle lectum tuum:* da operam, te ipſum vt vincas. 3. *Vade in domum tuam.* non in aliorum, ſed teipſum, tuamque adeo familiã guberna: nihil te occupans cum his, quorum ad te cura nulla pertinet. Roga igitur Deum, tuas vt tibi noxas condonans, meritorum te ſanctorum ſuorum participem efficiat, adeoque corroboret, vt ad Chriſtianę perfectionis apicem peruenire valeas.

ORATIO.

Dirigat corda noſtra, quæſumus Domine, tuæ miſerationis operatio; quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA XIX. POST Pentecoſten. De nuptiis filii Regis.

EVANGELIVM, Matth. 22.

SImile factum eſt regnum cœlorum homini re-

ni regi, qui fecit nuptias filio ſuo, &c. Cõſidera *in primis*, nuptias haſce in triclinio pectoris beatiſſimæ Virginis Mariæ celebratas eſſe, in quo vnigenitus Dei filius in vna eademq; perſona, naturã adſumpſit humnã, quatenus hac ratione arctius ſanctã ſibi vniret Eccleſiã. Qui ſuam ante natiuitatẽ & paſſionẽ, Ioannem præmiſit, Baptiſtam, aliosque qui Iudæos diuerſis Prophetarum vaticiniis, inuitatos, vocatum irent. Poſt paſſionem vero, ſuos miſit Apoſtolos, aperte admodũ harum myſteria nuptiarum exponentes, ac dicentes omnia eſſe parata, Sacramenta inſtituta, Spiritum ſanctum miſſum, &c. Vbi vero Iudæi venire detrectarunt, Apoſtolosque vna cum cæteris Doctoribus trucidarunt, gentiles ſunt vocati. Animum hic aduerte, iucundum penitus eſſe diuino inſiſtere ſeruitio: quod quidem nuptiis merito cõparatur, vnde omnis exulat

Digitized by Google

lat triſtitia : prorſus vt vehementer ſint culpandi, qui accedere nolunt. *Secundo*, Deũ ſeuere in Iudæos animaduertiſſe, eorum regiones ad alios tranſtuliſſe, regiã vrbem euertiſſe, celeberrimi nominis templũ funditus exſcidiſſe, ꝙ fidem ſacrilege repudiaſſent. Vnde & tu quoq; diuinæ vltionis vindictam pertimeſce, ſi cœleſtium immemor es beneficiorum. *Tertio*, nullatenus ſine veſte nuptiali, haſce adire nuptias licere, id eſt, ſine charitate, ac gratia Dei. Alioquin futurum, vt in tenebras deturberis exteriores, ligatisque manibus ac pedibus, in gehennam, vbi nulla lux, nulla bonorum operũ exercitatio, nulla pœnarũ remiſſio, nulla deniq; ſinceri affectus propenſio, ſed perpetuus dolor ac horror vigent, detrudaris. Hanc igitur quãtocius veſtẽ indue, cùm qua hora Rex venturus ſit, incompertũ habeas : orãdo interim Chriſtũ, vt ſuis

te ſinens intereſſe nuptiis, ex hoc terrenę habitationis domicilio, ad cœleſtis regni palacium actutum euocet.

Oratio.

Omnipotens & miſericors Deus, vniuerſa nobis aduerſantia propiciatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua ſunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum, &c.

DOMINICA XX. POST Pentecoſten. Sanatur filius reguli.

EVANGELIVM, *Ioan. 4.*

ERat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audiſſet quia IESVS veniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, &c. Conſidera *in primis*, Deum mirabili artificio ad ſe mortales pertrahere. Eos enim qui rebus adfluunt proſperis, ac voluptatibus indulgent, diuinorum imme-

me-

Digitized by Google

memores beneficiorum, aduerſis ſolet adfligere: immittendo eis ægritudines, iacturam rerum temporalium, amicorum, &c. Diſce igitur, mundi huius nobilitatem, opes, dignitates, aut quidquid denique in mundo exiſtit, nihil prodeſſe penitus, ſi Deus abſit: hominique nonnunquam eſſe ſalutare, in miſerias ac ægritudines incidere, vt Deum diſcat quærere. *Secundo,* nobilis huius incredulitatem reprehēdi. Chriſtus enim non reſpexit eius nobilitatem aut diuicias: vtpote, qui neminem male agentem formidabit, aut impunitum relinquet. Incredulitas autem reguli huius in eo conſiſtebat, quod poſt tam diuerſa præſtantiſſimorum ſigna miraculorum, nouum inſuper depoſceret. Cui vtrum ſimilis ſis, diſpice. Ingentia etenim indies tibi ſigna Deus oſtendit; vtpote, quod eius creaturæ te delinquentem non dilanient, quod tam

nequiter agentem, toleret, quod varia bene agendi media ſuppeditet, quod deniq; ſæpius internas tibi conſolationes donet: cum tamen in omnibus his ingratum te illi exhibeas. Quam ob rem hiſce tam pręclaris miraculorum ſignis, fidem excita: cogitans Dei iuſtitiam eo poſtmodum acerbiorem futuram, quo nunc miſericordia clementior eſt ac indulgentior. *Tertio*, Chriſtum regulum hunc rigide ſatis compellaſſe, cum tamen benignum ſe erga pauperes exhibere ſit ſolitus. Quod diuites externis gaudeant ſolaciis, quibus inopes carent: & vt ditiores nequaquam perſuaſum ſibi haberent, ſe omnia promeritos. Chriſtus namque vti eſt clemens pauperum parens, ita diuitum ſeuerus eſt iudex. Quem ora, tuam vt animam ſanam vegetamque efficiat, quatenus inſigni cum alacritate obſequium ei tuum exhibere valeas.

ORA-

ORATIO.

Largire quæſumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſeruiant. Per Dominum, &c.

DOMINICA XXI. POST Pentecoſten. Rex cum ſeruis ſuis rationem ponit.

EVANGELIVM, Matth 18.

SImile eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit ponere rationem cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talentorum, &c. Conſidera *in primis,* Deum iam inde ab ipſo mundi exordio cœpiſſe cum hominibus, ex hac vita emigrantibus, actutum rationes inire. Peccatorem autem multo plus debere, quam ſoluendo ſit. Decem etenim talentorũ millia, duodecim ſunt milliones, ſeu

vt vulgus loquitur, centum viginti vaſa auri, ſerui huius facultates innumeris modis ſuperantia. Hic porro in medium adducitur, quando ſuorum memor facinorum, ad ſe redit, miſericordiam poſtulans, ac melioris vitæ propoſitum concipiens, pœnitentiæque ſeſe operibus accingens. necnon & Chriſti Redemptoris meritis, quæ Sacramentorum adminiculo, ac pœnitentiæ exercitatione acquirit, ac Deo offert, ſatisfacere incipiens. Percurre igitur ingentem debitorum tuorum cumulum, quorum centeſimam ſoluere partem haud poteris, etiamſi tota tua ſuppellex, vxor, liberi, & quidquid deniq; poſſides, id eſt, anima tua, opera, vires penitus omnes, venui exponerentur. Non enim poteſt res vlla creata, condigne pro vno ſatisfacere lethali peccato. Cogita igitur quam ſæpe Domini tui facultates prodigaliter inutili-

utiliterq́ue conſumpſeris, & peccata tua parui reputare noli : quæ ſuo in iudicio magni profecto æſtimaturus eſt Chriſtus. *Secundo*, quam cito Deus peccata omnia relaxet, & quam difficiles nos rigidiq́ue in aliorum condonandis noxis, aut iniuriis, nobis illatis ſimus. Cum tamen nulla ſit comparatio : peccata enim noſtra, in Deum commiſſa, ad duodecim ſe extendunt auri milliones ; proximorum vero in nos, non niſi centum denarios, ſeu viginti florenos faciunt. Et quidem tantę crudelitatis ratio eſt, quia *egredimur*, id eſt, diuinorum immemores ſumus beneficiorum *Tertio*, com plures reperiri, tuam qui crudelitatem arguant : vtpote tum ſanctos omnes, tum quotquot in mundo homines ſunt pii. Quorum equidem querimonias Deus audiens, ſeuere in te animaduertet *nequam* te *ſeruum* nuncupando, atq; in gehennæ ba-

ratrum præcipitando: ob peccatum videlicet mortiferum, quod contra fraternæ charitatis rationem militat, (hoc etenim te duodecim millionum debitorem efficit) commiſſum. Ora igitur Deum, vt omnia tibi debita relaxans, te penes ſe adſeruet, ac proximorum charitate cumulet.

ORATIO.

Familiam tuam, quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi: vt à cunctis aduerſitatibus, te protegente, ſit libera, & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per Dominum, &c.

DOMINICA XXII. POST Pentecoſten. De cenſu Cæſari perſoluendo.

EVANGELIVM Matth. 22.

ABeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent IESVM in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis,

nis, &c. Conſidera *inprimis*, improbos ſemper cum dæmone, mundo, ac prauis viciorum paſſionibus, contra Deum conſilia inire. Eius ſiquidem verbum, ſuo inordinato applicant adfectui. Nam boni haberi cum velint, per alios ſua perpetrant flagitia, quod peccatum eſt alienum. Quin & ſanctitatem nonnullam præ ſe ferentes, Chriſtum quatuor eximiis titulis condecorant: appellant enim. *veracem*, qui promiſſa pariter & minas effectui mancipaturus ſit: *viam Dei* docentem: non enim vanitatem, ſed modum perueniendi ad cœlum edocet. *Non reſpicientem perſonam hominum*, cum ſit ſuper omnes: *nemini parcentē*, ceu omnium Iudicē. *Secundo*, Chriſtū adulatoribus non adblādiri, cum ſingulorū non tam verba, quam corda cōſideret. Vnde non ſecundum pulchros ſermones ſuos, ſed ſecundū internam intentionem tuam

tuam ſententiam de te feret. Percunctatur autem de numiſmate cenſus, ac ſi pecuniarum nullam penitus cognitionem habeat, vt ab earum nos amore abſtrahat. Nota igitur interrogationem eius, quam & tibi quoque in die iudicii ſuper anima tua proponet, cui eius inſculpta eſt imago in creatione, ac crucis trophæum in baptiſmate cum hoc titulo impreſſum: *declina à malo, & fac bonum.* Vide num hæc imago & ſuperſcriptio tantum, ſit in eadem vel num etiam diabolicę aliquid ſuperſcriptionis admixtum ſit. *Tertio,* ſententiam Chriſti: *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.* Exhibendo te iuſtum, & vnicuique quod ſuum eſt, tribuendo. A quo plurima accipis commoda, ab eo etiam incommoda nõnunquam expectes oportet. Si proſpera à Deo deſideras, etiam aduerſa libenter ab eodem tolerato, ac ſuſcipito. Quem

ora

ora vt te ex omnibus eripiat debitis: quatenus & ei tribuas honorem, & proximis charitatem, & animæ tuæ poſt obitum gloriam cœleſtem, corpori vero Chriſtianam in terris ſepulturam.

ORATIO.

Deus refugium noſtrum & virtus, adeſto piis Eccleſiæ tuæ precibus, auctor ipſe pietatis, & præſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dominum noſtrum, &c.

DOMINICA XXIII. POST Pentecoſten. Hæmorroiſſæ menſtrua ſiſtuntur, & filia principis à morte ſuſcitatur.

EVANGELIVM, Matth 9.

LOquente IESV ad turbas, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, & impone manum tuam ſuper eam, & viuet, &c. Conſidera *inprimis*, duo mira-

miracula, quorum vnum, in itinere, alterum in domo perpetratum. In vitæ namque huius itinere cupit Chriſtus defectus ſanare tuos, & poſtmodum animam ſimul cum corpore à mortis ſomno reſuſcitare. Princeps autem hic, bonas in orando conditiones adhibuit: vtpote eximiam humilitatem, ingens ſalutis conſequendæ deſiderium, ſpem bonam, & perſeuerantem denique conſtantiam. Duo porro à Chriſto poſtulabat: vt nimirum *veniret*, ac filię *defunctæ manum* imponeret. Non enim ſatis eſt Chriſtum præſentem cernere, niſi etiam eum tangas ac ſentias. *Secundo*, mulierem hanc fluxu ſanguinis laborantem, tenuioris videri fuiſſe fortunæ, abs cuius nomine Euangeliſtæ abſtinuere. Vnde peccatorem ſignificat, cui ſanguis, in quo virtus conſiſtit vitalis, paulatim ſubtractus, mortem conciliat ſempiternam. Hæc inſuper ſub-

Digitized by Google

ſubſtantiam ſuam omnem nequidquam in medicos erogauerat. Quippe, quando ſine Chriſto nemini vera ſuppetit ſalus, conſolatio, opitulatio. *Dicebat intra ſe* : bonum ſiquidem propoſitum in corde concipere oportet. Per confertã ſe turbam ingerit, vt Chriſtum è vicino tangeret: ſic & tu vi turbas perrumpe, nec te excludi ſine. Mundus quidẽ Chriſtum trudit, ac moleſtia adficit, at tu leniter eum continge, ac cõſolationem percipe. *Tertio,* quo nam pacto puellam Chriſtus ſuſcitauerit, eiiciens tibicines ac turbã tumultuantem, ac parentes ſolummodo cum Petro, Iacobo, ac Ioanne adſumens, eamq; manu contingens, atq; vt ſurgeret, imperans. Sic & tu ſi viuificari vis, mũdãnos relinquito tumultus, ſuperioribuſq; tuis morẽ gerito, adeoq; & matrẽ tuam Eccleſiã audito. Neque vero hic ſubſiſtendũ, ſed etiam fides firma concipienda, laboran-

randum, in amore Dei proximique proficiendum, bonis operibus inſiſtendum, verbum denique Dei audiendum, maxime quando in confeſſionis Sacramento peccata tibi relaxantur. Ora igitur Deum, vt in domo te reſuſcitet, id eſt, antequam publice in propatulo delinquas, neque te in peccato diu perſeuerare permittat.

ORATIO.

Abſolue quæſumus Domine, tuorum delicta populorum: vt à peccatorum noſtrorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum, &c.

DOMINICA XXIV. POST Pentecoſten. De extremo iudicii die.

EVANGELIVM, Matth. 24.

CVM videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat)

ligat) tuncqui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, &c. Præſens hoc de extremo iudicii die Euangelium, ideo ſub finem decurrentis anni nobis proponitur, quod hoc iudicium in fine ſeculi celebrandum ſit, ac peragendum. Vnde quatuor *in primis* conſidera, iudicium hoc generale præcedentia. 1. abominationem deſolationis. Ex templo etenim ſeu loco ſancto exterminabitur iuge miſſæ ſacrificium, Sacramentorum adminiſtratio, reliquiarum imaginumque cultus & veneratio, &c. 2. *Ingentem tribulationem* bellorum, atq; inde ſubſequentis annonæ caritatis. 3. *Pſeudoprophetas*, hæreticos, ſeductores, ſchiſmaticos. 4. *Defectum ſolis ac lunæ.* Quorum nonnulla variis contingunt in regionibus. Ideoque Chriſti acquieſce conſilio, ſuadentis *fugiendum ad montes*, id eſt, cor ſurſum erigendum: tum etiam *neque ædes, neque vrbes frequentandas*: fugiendo

do videlicet rerum mundanarum tumultum, nec ſectis hæreſibuſve adhæreſcendo. *Secundo*, in quo ſchemate Chriſtus venturus: vtpote manifeſte ac velociter, inſtar fulguris: bonis ſuauiter, malis terribiliter: ſacratiſſimæ crucis trophæum ante ſe habens, ac vulnerum ſuorum cicatrices in corpore geſtans. Sancti porro aquilæ adſimulantur, quæ auium eſt regina, ac cadaueribus paſcitur: ita quoque Sancti ſunt reges, ac diuinitate nutriuntur. Erit autem ingens apud improbos eiulatus, ſummum vero apud bonos gaudium ac tripudium. *Tertio*, Eccleſiam ad conſummationem vſq; ſæculi duraturam, cœlumque (id eſt aerem) ac terram interiturum. Quam igitur ob cauſſam tantopere terrenis adhæreſcis bonis, quæ in nihilum aliquando redigenda ſunt? Chriſtus etenim id certo certius adſeuerat: ideoque fidem habeto ac

Digitized by Google

cordi ſumito. Omnia ſiquidem re-apſe tranſibunt, excepto verbo Dei, & qui illud in ſe conſeruat. Vnde Chriſtum, vt eius in te verbum permaneat, teque ab interitu ſempiterno eripiat, orato.

ORATIO.

Excita quæſumus Domine tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructum propenſius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum noſtrum, &c.

SE-

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiph. Ne reminiſcaris.

Pſal. 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me.

Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum, ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine, vſquequo.

Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno, autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo lauabō per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſce-

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalmus 31.

BEati quorum remiſſę ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus

Digitized by Google

ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore oportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me exaltatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruā te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

Multa

Digitized by Google

Multa flagella peccatoris : ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iuſti : & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri. &c.

Pſalmus 38.

DOmine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi : & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar.

Digitized by Google

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimus: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquarunt & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates; & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et

Digitized by Google

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus; ne diſceſſeris à me.

Digitized by Google

Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Pſalm. 50.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: in-

Digitized by Google

certa & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata:

Auerte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua : & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui : & Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus,

Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam, ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio.

Sicut erat in principio.

Pſal. 101.

DOmine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei : & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei : adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam : & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ indignationis tuę, quia eleuans alliſiſti me.

Digitized by Google

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes Reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cœlo in terram aſpexit.

Vt

Digitized by Google

Vt audiret gemitus compeditorum: & ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & Reges vt ſeruiant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habita-

Digitized by Google

bunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri & Filio.

Pſalm. 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et

Digitized by Google

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, &c.

Pſalm. 124.

DOmine exaudi orationẽ meam, auribus percipe obſecrationem meam, & veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Digitized by Google

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: deficit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendētibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi: doce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Digitized by Google

LITANIÆ DE NOMINE IESV.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus. miſ. nob.
Fili redemptor mundi Deus.
Spiritus ſancte Deus.
Sancta Trinitas vnus Deus.
Ieſu Fili Dei viui.
Ieſu potentiſſime,
Ieſu fortiſſime,
Ieſu perfectiſſime,
Ieſu glorioſiſſime,
Ieſu mirifice,
Ieſu iucundiſſime,
Ieſu chariſſime,
Ieſu clarior Sole.
Ieſu pulchrior Luna.
Ieſu ſplendidior ſtellis,
Ieſu admirabilis,

Miſerere nobis.

Ieſu delectabilis,
Ieſu honorabilis,
Ieſu humillime,
Ieſu pauperrime,
Ieſu mitiſſime,
Ieſu patientiſſime,
Ieſu obedientiſſime,
Ieſu caſtiſſime,
Ieſu amator caſtitatis,
Ieſu amator pacis
Ieſu amator noſter,
Ieſu ſpeculum vitæ,
Ieſu exemplar virtutum,
Ieſu decus morum,
Ieſu zelator animarum,
Ieſu refugium noſtrum,
Ieſu pater pauperum,
Ieſu conſolatio afflictorum,
Ieſu theſaurus fidelium,
Ieſu gemma pretioſa,
Ieſu armarium perfectionis,
Ieſu bone paſtor ouium,
Ieſu ſtella maris,
Ieſu lux vera,

Miſerere nobis.

Digitized by Google

Ieſu ſapientia æterna,
Ieſu bonitas infinita,
Ieſu gaudium Angelorum,
Ieſu Rex Patriarcharum,
Ieſu inſpirator Prophetarum,
Ieſu magiſter Apoſtolorum.
Ieſu doctor Euangeliſtarum,
Ieſu fortitudo Martyrum,
Ieſu lumen Confeſſorum,
Ieſu ſponſe virginum,
Ieſu corona Sanctorum omniũ,

Miſerere nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Ieſu,
Propitius eſto, Exaudi nos Ieſu.
Ab omni malo, Libera nos Ieſu.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab inſidijs diaboli,
A peſte, fame, & bello,
A tranſgreſſione mandatorum tuorum,
Ab incurſu omnium malorum,

Libera nos Ieſu.

Per incarnationem tuam,
Per aduentum tuum.
Per natiuitatem tuam,

Per

Per circumciſionem tuam,
Per dolores tuos,
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per reſurrectionem tuam,
Per aſcenſionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulciſſimam Virginem Matrem tuam,
Per interceſſionem omnium Sanctorum tuorum. Libera nos Ieſu.

Libera nos Ieſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Ieſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Ieſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis Ieſu.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie-

Digitized by Google

Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria.

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

LITANIÆ VITÆ ET PASSIONIS DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.

Sancta

Sancta Trinitas vnus Deus,
Ieſu verbum Patris,
Ieſu ſplendor paternæ gloriæ,
Ieſu figura ſubſtantiæ Patris,
Ieſu ſapientia æterna.
Ieſu candor lucis æternæ,
Ieſu ſpeculum ſine macula,
Ieſu per quem facta ſunt omnia,
Ieſu verbo virtutis tuæ omnia portans,
Ieſu magni conſilij Angelus,
Ieſu princeps pa is,
Ieſu ſanctis Patribus promiſſus,
Ieſu cunctis gentibus deſideratus,
Ieſu in mundum à Patre miſſus,
Ieſu de Spiritu ſancto cõceptus,
Ieſu Verbum caro factum,
Ieſu nobiſcum Deus,
Ieſu in formam ſerui factus,
Ieſu de Maria virgine natus,
Ieſu à tua Genitrice adoratus,
Ieſu pannis inuolutus,
Ieſu in præſepio reclinatus,

Miſerere nobis.

Ieſu vbere virgineo lactatus,
Ieſu à paſtoribus in præſepio cognitus,
Ieſu per circumciſionem ſub Lege factus,
Ieſu à Magis adoratus,
Ieſu in templo præſentatus,
Ieſu in vlnis iuſti Simeonis exceptus,
Ieſu in Aegyptum delatus,
Ieſu ab Herode ad necem quæſitus,
Ieſu in Nazareth nutritus,
Ieſu in Templo inuentus,
Ieſu parentibus ſubditus,
Ieſu à Ioanne baptizatus,
Ieſu in deſerto tentatus,
Ieſu cum hominibus conuerſatus,
Ieſu pauperibus diſcipulis ſociatus,
Ieſu lux mundi,
Ieſu Doctor Iuſtitiæ,
Ieſu via, veritas, & vita,

Miſerere nobis.

Ieſu

Ieſu exemplar virtutũ omniũ.
Ieſu omnibus languentibus miſericorditer opitulatus,
Ieſu à tuis furioſus reputatus,
Ieſu gratis odio habitus,
Ieſu contumeliis vexatus,
Ieſu lapidibus impetitus,
Ieſu in monte coram patribus transfiguratus,
Ieſu rex mitis Ieruſalem ingreſſus,
Ieſu præ cõpaſſione lacrymatus,
Ieſu triginta argenteis appretiatus,
Ieſu ad diſcipulorum pedes inclinatus,
Ieſu panis viuus nos cõfirmans,
Ieſu potus verus nos lætificans,
Ieſu in oratione proſtratus,
Ieſu in agonia ſanguineo ſudore perfuſus,
Ieſu ab Angelo confortatus,
Ieſu oſculo à Iuda traditus,
Ieſu à miniſtris ligatus,

Miſerere nobis.

Ieſu

Ieſu à diſcipulis derelictus,
Ieſu Annæ & Caiphæ præſentatus,
Ieſu alapa à miniſtro percuſſus,
Ieſu falſis teſtibus accuſatus;
Ieſu reus mortis iudicatus,
Ieſu in faciem conſputus,
Ieſu oculis velatus,
Ieſu colaphis cæſus,
Ieſu cuius corpus percutientibus, & genæ vellẽtibus, datæ,
Ieſu à Petro ter negatus,
Ieſu vinctus Pilato traditus,
Ieſu ab Herode & eius exercitu ſpretus & illuſus,
Ieſu veſte alba indutus,
Ieſu Barabæ poſtpoſitus,
Ieſu flagellis cæſus,
Ieſu propter ſcelera noſtra attritus,
Ieſu quaſi leproſus reputatus,
Ieſu veſte purpurea indutus,
Ieſu ſpinis coronatus,
Ieſu arundine percuſſus,

Miſerere nobis.

Ieſu

Digitized by Google

Ieſu à Iudæis ad crucem poſtulatus.
Ieſu morte turpiſſima condemnatus.
Ieſu voluntati Iudæorum traditus,
Ieſu crucis pondere grauatus,
Ieſu tanquam ouis ad occiſionem ductus,
Ieſu veſtibus exutus,
Ieſu clauis in cruce confixus,
Ieſu propter iniquitates noſtras vulneratus,
Ieſu pro inimicis Patrem deprecatus,
Ieſu cum iniquis reputatus,
Ieſu opprobrium hominum factus,
Ieſu à prætereuntibus blaſphematus,
Ieſu à Iudæis deriſus,
Ieſu à militibus in cruce illuſus,
Ieſu à latrone conuitiis laceſſitus,

Miſerere nobis.

Ieſu

Ieſu opprobriis ſaturatus.
Ieſu Latroni pendenti Paradiſum pollicitus.
Ieſu, qui Ioannem Matri tuæ in filium tradidiſti.
Ieſu te à patre derelictum atteſtatus.
Ieſu felle & aceto in ſiti potatus.
Ieſu conſummata omnia de te ſcripta teſtatus.
Ieſu, cuius Spiritus in manu Patris commendatus.
Ieſu à Patre pro tua reuerentia ſemper exauditus.
Ieſu vſque ad mortem Crucis obediens factus.
Ieſu Lancea transfixus.
Ieſu, de cuius latere exiuit ſanguis & aqua.
Ieſu, cuius Liuore ſanati ſumus.
Ieſu propitiatio nobis factus.
Ieſu de cruce depoſitus.
Ieſu in Sindone munda involutus.

Miſerere nobis.

Ieſu in monumento nouo tumulatus,

Ieſu vinctos tuos de lacu inferni prædatus,

Ieſu ab inferno victor reuerſus.

Ieſu poſt reſurrectionem cum hominibus conuerſatus.

Ieſu in cœlum eleuatus.

Ieſu in dextera Patris collocatus

Ieſu gloria & honore coronatus.

Ieſu Rex Regum & Dominus dominantium.

Ieſu noſter ad Patrē aduocatus.

Ieſu Spiritum Paracletum diſcipulis elargitus

Ieſu matrem tuam ſuper omnes choros Angelorū exaltans.

Ieſu viuos & mortuos iudicaturꝰ

Ieſu reprobos in ignē æternum miſſurus.

Ieſu paratum electis regnum collaturus.

Ieſu vbertate domus tuæ Sanctos omnes inebrians.

Miſerere nobis.

Ieſu

Ieſu pater futuri ſe uli.
Ieſu Iubilus Angelorum.
Ieſu Rex Patriarcharum.
Ieſu inſpirator Prophetarum.
Ieſu magiſter Apoſtolorum,
Ieſu doctor Euangeliſtarum.
Ieſu fortitudo Martyrum.
Ieſu lumen Confeſſorum.
Ieſu puritas Virginum.
Ieſu corona Sanctorum omnium.

Miſerere nobis.

Propitius eſto, parce nobis Ieſu.
Propitius eſto, exaudi nos Ieſu.

Ab omni malo.
Ab omni peccato.
Ab ira tua. (te.
A Subitanea & improuiſa mor-
Ab inſidiis diaboli. (tate.
Ab ira, odio & omni mala volũ-
A ſpiritu forni ationis.
A fulgure & tempeſtate.
A morte perpetua.
Per myſterium Sanctæ in arnationis tuæ.

Libera nos Ieſu.

Per Aduentum tuum.

Per Natiuitatem tuam.

Per Circumciſionem tuam.

Per impoſitionem Sanctiſſimi nominis tui.

Per Baptiſmum & ſanctum Ieiunium tuum.

Per Labores & Vigilias tuas.

Per Agoniam & Sanguineum ſudorem tuum.

Per Alapas & Flagella tua.

Per Spineam Coronam tuam.

Per crucem & paſſionem tuam.

Per ſitim, Lachrimas, & nuditatem tuam.

Per mortem & ſepulturam tuam.

Per Sanctam Reſurrectionem tuam.

Per Admirabilem Aſcenſionem tuam.

Per Miſſionem Spiritus ſancti Paracleti.

In die Iudicij.

Libera nos Iesv.

Peccatores

Peccatores.

Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris.

Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris.

Vt Domnū Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris.

Vt noſmet ipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & conſeruare digneris.

Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas.

Vt animas noſtras, Fratrum, propinquorum & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias.

Vt omnibus Fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris.

Te rogamus, audi nos.

Fili Dei.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Ieſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi. Exaudi nos Ieſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis Ieſu.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter.
Aue Maria.

In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloriâ eſt Dei Patris.

LITANIÆ DE B. VIRGINE Maria in æde Loretana dici ſolitæ.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria.
Sancta Dei genetrix.
Sancta Virgo Virginum.
Mater Chriſti.
Mater diuinæ gratiæ.
Mater puriſſima.
Mater caſtiſſima.
Mater inuiolata.

Ora pro nobis.

Mater intemerata.
Mater amabilis.
Mater admirabilis.
Mater Creatoris.
Mater Saluatoris.
Virgo Prudentiſſima.
Virgo Veneranda.
Virgo prædicanda.
Virgo potens.
Virgo clemens.
Virgo Fidelis.
Speculum iuſtitiæ.
Sedes ſapientiæ.
Cauſa noſtræ lætitiæ.
Vas Spirituale.
Vas honorabile.
Vas inſigne deuotionis.
Roſa myſtica.
Turris Dauidica.
Turris Eburnea.
Domus Aurea.
Fœderis Arca.
Ianua Cœli.
Stella matutina.

Ora pro nobis.

Salus

Salus infirmorum.
Refugium Peccatorum.
Conſolatrix afflictorum.
Auxilium Chriſtianorum.
Regina Angelorum.
Regina Patriarcharum.
Regina Prophetarum.
Regina Apoſtolorum.
Regina Martyrum.
Regina Confeſſorum.
Regina Virginum.
Regina Sanctorum omnium.

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. &c.

Vers.

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde, vt qui Angelo nunciante Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & Crucem ad Reſurrectionis gloriam perducamur, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

LITA-

ALIÆ LITANIÆ DE VENE-
nerabili Sacramento.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis. (bis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere no-
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Panis viuus, qui de cælo deſcendiſti.
Deus abſconditus & ſaluator,
Frumentum electorum,
Vinum germinans virgines,
Panis pinguis & delitiæ Regũ,
Iuge ſacrificium,
Oblatio munda,
Agnus abſque maculâ,
Menſa puriſſima,
Angelorum eſca,
Manna abſconditum,
Memoria mirabilium Dei,

Miſerere nobis.

Panis

Panis ſuperſubſtantialis.
Verbum caro factum,
Verbum habitans in nobis,
Hoſtia ſancta,
Calix benedictionis,
Myſterium fidei,
Præcelſum & Venerabile Sacramentum,
Sacrificium omnium ſanctiſſimum,
Sacrificium verè propitiatorium pro viuis & defunctis,
Noui teſtamenti noua oblatio,
Cæleſte antidotum, quo à peccatis præſeruamur,
Stupendum ſupra omnia miraculum,
Sacratiſſima Dominicæ paſſionis commemoratio,
Donum tranſcendens omnem plenitudinem,
Memoriale præcipuum diuini amoris,
Diuinæ affluentia largitatis,

Miſerere nobis.

Sa-

Sacroſanctum & Auguſtiſſimũ Sacramentum,
Pharmacum immortalitatis,
Tremendum ac viuificum Sacramentum,
Panis, omnipotentia Verbi, caro factus,
Incruentum ſacrificium,
Sacerdos & ſacrificium,
Cibus & conuiua,
Dulciſſimum conuiuium, cui aſſiſtunt Angeli miniſtrãtes,
Sacramentum pietatis,
Vinculum charitatis,
Offerens & oblatio,
Spiritalis dulcedo in proprio fonte deguſtata, Miſerere nobis.

Miſerere nobis.

Refectio animarum ſanctarum, Miſerere nobis,
Pignus futuræ gloriæ, Miſerere nobis,
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Dñe.

Ab

Ab indigna Corporis & Sanguinis tui ſuſceptione,
A concupiſcentiá carnis,
A concupiſcentia oculorum,
A ſuperbiá vitæ,
Ab omni peccandi occaſione,
Per deſiderium illud, quo hoc paſcha cum diſcipulis manducare deſideraſti,
Per ſummam humilitatem, quâ diſcipulorum pedes lauiſti,
Per ardentiſſimam charitatem, quâ hoc diuinum Sacramentum inſtituiſti,
Per ſanguinem tuum pretioſum, quem nobis in Altari reliquiſti,
Per quinque vulnera huius tui corporis ſacratiſſimi, quæ pro nobis ſuſcepiſti.

Libera nos Domine.

Peccatores, Te roga. audi nos.
Vt nobis fidem, reuerentiam & deuotionem huius admirabilis Sacramenti augere & conſeruare

ſeruare digneris,

Vt ad frequentem vſum Euchariſtiæ per veram peccatorum confeſſionem nos perducere digneris.

Vt nos ab omni hæreſi, perfidiâ, ac cordis cæcitate liberare digneris.

Vt ſanctiſſimi huius Sacraméti pretioſos & cœleſtes fructus nobis impartiri digneris.

Vt in horâ mortis noſtræ hoc cæleſti viatico nos confortare & munire digneris,

Fili Dei,

Te rogamus, audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte ex. nos

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter. &c.

Sacro-

℣. Et ne nos inducas in tentationē.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi orationem meā.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEvs, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue, quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus, Qui viuis & regnas in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

INDEX

INDEX BREVES PRECATIVNCVLAE DILVCVLO FRE-quentandæ.

MANE cùm expergeſactus è lecto proſilire cupis. pag. 1
Oratio ad Deum priusquàm domo egrederis. 2
Ad Beatiſsimam Virginem Mariam. 3
Ad bonum tuum Angelum. 4
Domo iam pedem efferens. ibid.
Eccleſiam ingreſſurus. 5
Aſpergendo te aqua luſtrali. ibid.
Sacerdote ad altare accedente. 6
Ad Salutaris Hoſtiæ eleuationem. 7
Ad Sacri Calicis eleuationem. 8
Poſt eleuationem. 9

Ad Agnus Dei, pro ſpiritali communione. 1
Poſt Miſſæ ſacrificium. 14
Pſalmus XXII. *ibid.*

Breues aliquot Precatiunculæ in memoriam paſſionis dominicæ.

AD viginti quatuor horas, per diem ac noctem: incipientes ab hora ſexta veſpertina, quando Chriſtus ſuos auſpicatus eſt cruciatus.

Hora ſexta veſpertina. 16
Hora ſeptima. 17
Hora octaua. *ibid.*
Hora nona. 18
Hora decima. *ibid.*
Hora vndecima. 19
Hora duodecima. *ibid.*
Hora prima. 20
Hora ſecunda. *ibid.*
Hora tertia. 21
Hora quarta. *ibid.*

Hora

Hora quinta. ibid
Hora ſexta 22
Hora ſeptima ibid.
Hora octaua 23
Hora nona ibid.
Hora decima 24
Hora vndecima. ibid.
Hora duodecima. 25
Hora prima. ibid.
Hora ſecunda. ibid.
Hora tertia. 26
Hora quarta. ibid.

Precatiunculæ aliquot breuiores de octo Dei beneficiis ſecundum horarum canonicarum decurſum.

Tempore Matutinarum. 27
Ad laudes. 28
Reſurrectio Domini. ibid.

Ad Primam.

De Vicario Chriſti. 29

Ad Tertiam.

Miſſio S. Spiritus. 30

Ad

Ad Sextam.

Gentium Vocatio. 31

Ad Nonam.

Chriſti ſatisfactio. 32

Ad Veſperas.

Venerabilis Sacramenti inſtitutio. 33

Ad Completorium.

Peccatorum condonatio. 34

Oratio B. Bernardi ad Ieſum Crucifi-xum. 35

Perbreues aliquot oratiunculæ ſuper XV. Myſteriis Roſarij: quorum primum eſt de quinque Beatiſ. Virginis gaudiis. 37

Secundum Roſarium de quinq; doloribus Beatiſ. Virg. Mariæ. 38

Tertiū Roſarium de quinque myſteriis glorioſis B. Virg. Mariæ. 40

Aliud Roſarium ratione annorum LXIII. Vitæ Beat. Virginis. 42

Orationes ternæ in honorem triū virtutum, quibus B. Virgo Maria à SS. Trinitate dotata eſt ac condecorata. 47

Pre-

Precatiunculæ in honorem ſeptem dolorum D.Virg.Mariæ. 50
Dolorum concluſio. 55
Precatiunculæ in honorem ſeptem gaudiorum Beatiß.Virg.Mariæ. 56
Concluſio gaudiorum. 63
Verba, quibus D.Bernardus Beatiß.Virginis opem implorat. 65
Aliæ precationes ad eandem Sacratiſſimam Dei Matrem. 67
Orationes ante confeßionem. 72
Tria peccatorum genera, Cordis, Oris, & Operis. 73
Oratio poſt peractum conſcientiæ examen. 74
Poſt confeßionem. 76
Precatiunculæ ante venerab. Sacramenti ſumptionem. 77
Oratio ad S. communionem iam ituri. 82
Poſt communionem. ibid.
Dum ſerò cubitum vadis. 85
Ad Beatiß.Virginem. 87
Ad Angelum tuum. 88

Oratio ad ſanctos Angelos, ac proprium tuum tutelarem. 89
Succinctæ fidei confeßiones ac orationes, quæ cum fructu agonizantibus inculcari poterunt. 89
Quas deinde ſubſequitur Confeßio. 91
Oratiunculæ. 95
Ad Beatißimam Virg. Mariam. 97
Ad Sanctum Angelum. 100
Ad Patronum ſuum. 102
Ad omnes beatorum Angelorum Spiritus. 103
Ad omnes Sanctos. ibid.

Miſcellaneæ aliquot precatiunculę.

PRo obtinendis vitæ neceſſariis. 105
Antequam opus aliquod auſpiceris. ibid. & 106.
Opere iam peracto. ibid.
Aegritudinis tempore. 106
In graui tribulatione. 107
In tentatione. ibid. *In periculis.* 108
Dum iter peregrè auſpicaris. ibid. 109. & 110.
Mortalitatis tempore. 111
Ad

Ad ſerenitatem poſtulandam. ibid.
Ad petendam pluuiam. 112
Ad profligandam aëris tempeſtatem. ibid.
Ante Concionem. 113
Poſt Concionem. 114
Pro diuina agnoſcenda vocatione. ibid.
Pro iis, qui matrimonium capeſſere ſtatuunt. 115
Oratio ſponſi pro ſponſa. 116
Oratio ſponſæ pro ſponſo. 118
Mutua coniugum Oratio. 121
Oratio eorum, qui ad religioſum vitæ ſtatum aſpirant. 122
Pro Virginibus. 124
Pro viduis. 126
Pro Pontifice. 129
Pro Epiſcopo. ibid.
Pro Prælatis & congregationibus eis commiſſis. ibid.
Pro Imperatore. 130
Pro Rege noſtro. ibid.
Pro Familia. 131
Pro inimicis. 132

Pro hæreticis. *ibid.*
Oratio parentum pro liberis. 133
Oratio liberorum pro parentibus. 134
Pro muliere prægnante. 135
Proſa pro defunctis. 136
Pro patre ac matre. 138
Pro defunctis fratribus propinquis ac benefactoribus. 139
Pro his qui in cœmeterio quieſcunt. 139. 140. 141

Breuiuſculæ conſiderationes ſeu meditationes ſuper Euangelia, præcipuis aliquot Chriſti feſtiuitatibus Dominicas certas non habentibus occurrentia.

IN die Natiuitatis Domini Euangel. Luc. 2. 142
In feſto Circumciſionis. 147
In feſto Epiphaniæ. Euang. Matt. 2. 152
In die aſcenſionis Domini Euang. Marc. 16. 158.

Feſto

De S. Bartholomæo, Euan. Luc. 6. 251
De S. Thoma, Euan. Ioan. 20. 255
De S. Matthia. Euang. Matth 11. 259
De Sancto Marco Euangeliſta, Euang. Luc. 10. 262
De Sancto Luca Euangeliſta, Euang. Luc. 10. 267
In die Sanctorum Innocentium, Euan. Matt. 11. 270
De Sancto Stephano, Euang. Matth. 23. 273
De Sancto Laurentio, Euang. Ioan. 12. 278
De Sancto Sebaſtiano, Euang. Luca 6. 283.
De Sancto Rumoldo. Euang. Luc. 14. 287.
De Sancto Martino, Euang. Luc. 11. 292.
De Sancto Nicolao Euangel. Luc. 19. 296.
De Sancto Antonio. Euangel. Luc. 12. 300
Ad S. Franciſcum. 303

Die feſto cathedræ S. Petri Antiochiæ. Euang. Matth. 16. 304
In die conuerſionis S. Pauli Euangel. Matth. 19. 309
De Sancta Anna. Euangel. Matth. 13. 315
De S. Maria Magdalena. Euang. Luc. 7. 320
De S. Catharina. Euang. Matth. 25. 324
Ad S. Barbaram. 328
Ad S. Margaretam. 330
Ad S. Agnetem. 331
Ad S. Vrſulam. 333
Ad S. Florentiam. 335
Ad S. Gudilam. 336
Ad S. Claram. 337
Ad S. Eliſabetham. 338
Ad S. Viduam Dianam. 342
In ſolemnitate omnium Sanctorum. Euang. Matth. 5. 344

In die omnium fidelium animarum.

Feſto die Venerabilis Sacramenti Euangel. Ioan. 6. 163

Proſa ſeu ſequentia D. Thomæ in laudem venerabilis Sacramenti. 168

Die ſolenni inuentionis ſanctæ Crucis Euang. Ioann. 3. 174

Compendioſæ aliquot meditatiunculæ, ſuper præcipuis ſolemnitatibus B. Virginis Mariæ, aliorumque præcipuorum ſanctorum annuatim occurrentium:

Adiunctis etiam orationibus.

DE octo ſolemnitatibus glorioſiſſimæ V. Mariæ.

Die feſto conceptionis eius. Euangel. Matth. 1. 179

In natiuitate eius. Euangel. Matth. 1. 184

In præſentatione eius. Euang. Luc. 11. 188

In annuntiatione eius. Euang. Luc. 1. 191

In viſitatione eius. Euang. Luc. 1. 195

In feſto purificationis eius. Euan. Luc. 2. 198
In ſolemni aſſumptione eius. Euang. Lucæ 10. 202
In dedicatione S. Mariæ ad niues. Euang. Luc. 11. 207
De Sancto Michaele. Euang. Matth. 18. 213
In natiuitate Sancti Ioannis Baptiſtæ. Euang. Luc. 1. 217
In feſto SS. Petri & Pauli. Euang. Mat. 16. 221
In die S. Andreæ Apoſtoli. Euan. Mat. 4. 227
De S. Apoſtolo Iacobo Maiore. Euang. Matt. 20. 231
De S. Ioanne Euangeliſta. Euang. Ioan. 21. 235
De SS. Philippo & Iacobo. Euang. Ioan. 15. 239
De Simone & Iuda, Euang. Ioann. 15. 244
De S. Matthæo. Euangel. Matth. 8. 248
De

INDEX.

Dominica I. poſt Epiphaniam, Chriſti cum doctoribus in templo diſſertio. Euang. Luc. 11. 366

Dominica II. poſt Epiphaniam: de nuptijs Canæ Galileæ. Euang. Ioann. 11. 368

Dominica III. poſt Epiphaniam: de leproſi ac centurionis ſerui perſanatione. Euang. Matth. 8. 371

Dominica IV. poſt Epiphaniam. Sedatur tempeſtas maris. Euangelium Matth. 8. 373

Dominica V. poſt Epiphaniam. Parabola zizaniorum. Euangeliũ Mat. 13. 375

Dominica VI. poſt Epiphaniam. Parabola ſynapis. Euang. Mat. 13. 377

Dominica in Septuageſima. De vineæ operariis, Euang. Mat. 20. 379

Dominica in Sexageſima. De ſeminante. Euang. Luc. 7. 381

Dominica in Qninquageſima. De Barthimæo Cæco. Euang. Luc, 18. 384

Domi-

Dominica I. poſt Paſcha, de Chriſti apud Apoſtolos apparitione. Euang. Ioann. 20. 411

Dominica II. poſt Paſcha. De bono Paſtore. Euang. Ioann. 10. 413

Dominica III. poſt Paſcha de modico diſceſſu ac reditu. Euang. Ioan. 16. 416

Dominica IV. poſt Paſcha. Mundum de tribus à ſpiritu ſancto arguendum. Euang. Ioann. 16. 418

Dominica V. poſt Paſcha. Petendum in nomine IESV. Euang. Ioann. 16. 421

Dominica poſt Chriſti in cœlos aſcenſum. de teſtimonio Spiritus ſancti. Euang. Ioann. 15. & 16. 424

Die Solemni Pentecoſtes. De Spiritu ſancto. Euang. Ioann. 14. 426

Feria ſecunda poſt Pentecoſten. Euan. Ioann. 3. 429

Feria tertia pentecoſtes. Euang. Ioan. 10. 432

Meditatio I.

De certitudine purgatorij. 349

Meditatio II.

De magnitudine pœnarũ purgatorij. 351

Meditatio III.

Concluſio præcedentium. 354

Conſiderationes breues ſuper ſingula Dominicalia totius anni Euangelia, cum orationibus S. Matris Eccleſiæ.

PRima Dominica Aduentus, de extremo Dei Iudicio. Euan. Luc. 21. 357

Dominica ſecunda Aduentus Mißio Legatorum Ioannis ad Chriſtum. Euang. Matt. 21. 358

Dominica tertia Aduentus, Iudæorum ad Ioannẽ legatio. Euang. Mat. 1. 360

Dominica quarta Aduentus, Prædicatio Ioannis Euang. Luc. 3. 361

Dominica poſt natiuitatem Simeonis & Annæ de Chriſto ſermocinatio. Euang. Luc. 2. 364

Dominica I. quadrageſimæ. Ternæ Chriſti tentationes. Euangelium. Matth. 4. 386
Dominica II. Quadrageſimæ. De transfiguratione Chriſti. Euangelium Matth. 18. 389
Dominica III. Quadrageſimæ. De dæmoniaco cœco. Euang. Luc. 11. 391
Dominica IV. Quadrageſimæ. De quinque panibus hordeaceis, duobuſq; piſciculis. Euang. Ioan. 6. 394.
Dominica V. Quadrageſimæ. Iudæi vti Samaritanum ac dæmoniacum Chriſtum conuiciantur. Euangeliũ Ioann. 8. 396
In die palmarum, ingreſſus Chriſti Hieruſalem. Euang. Matth. 21 399
Solemni die Paſchæ, de glorioſa Chriſti reſurrectione. Euang. Marc. 16. 401
Feria ſecunda Paſchæ Euangelium Lucæ. 14. 404
Feria tertia Paſchæ. Euangelium Lucæ. 24. 408

Domi-

INDEX.

Dominica Trinitatis. De Sanctiſsima Trinitate. Euangelium Matth. 16. 435.
Dominica 1. poſt Pentecoſten. Exhortatio ad miſericordiam. Euangeli. Luca. 6. 438
Dominica II. poſt Pentecoſten. De cœna magna. Euangeli. Lucæ. 16. 441
Dominica III. poſt Pentecoſten. De oue perdita. Euangeli. Lucæ 16. 444
Dominica IV. poſt Pentecoſten. De piſcium captura. Euangeli. Luca. 5. 446
Dominica V. poſt Pentecoſten: Ira odiumq́ue vetatur. Euangel. Matth. 5. 448
Dominica VI. poſt Pentecoſten. Septem panibus turba paſcitur: Euang. Marci. 8. 451
Dominica VII. poſt Pentecoſten. De Pſeudoprophetis euitandis. Euang. Matth. 6. 453

Do-

Dominica VIII. poſt Pentecoſten. De villico iniquitatis. Euangelium Lucæ. 16. 456

Dominica IX. poſt Pentecoſten. Hieroſolymitanæ deuaſtationis vaticinatio. Euang. Lucæ. 19. 458

Dominica X. poſt Pentecoſten. Oratio Publicani ac Phariſæi. Euang. Lucæ. 18. 461

Dominica XI. poſt Pentecoſten. Mutus ac ſurdus perſanatur. Euangelium Marc. 7. 464

Dominica XII. poſt Pentecoſten. Samaritanus ſaucio opem fert. Euangelium Lucæ. 10. 466

Dominica XIII. poſt Pentecoſten. Decem mundantur leproſi. Euangelium Lucæ. 17. 470

Dominica XIV. poſt Pentecoſten. Nimiam abiiciendam ſollicitudinem. Euang. Matth. 6. 472

Dominica XV. poſt Pentecoſten. De filio viduæ reſuſcitato. Euangelium Lucæ. 7. 475

Domi-

Dominica XVI. poſt Pentecoſten. Hydropicus curatur. Euan. Luc. 14. 477.
Dominica XVII. poſt Pentecoſten. De maximo legis mandato. Euang. Matth. 22. 480
Dominica XVIII. poſt Pentecoſten. Paraliticus ſanatur. Euangelium Matth. 9. 482.
Dominica XIX. poſt Pentecoſten. De nuptiis filij Regis. Euangelium Matth. 22. 485
Dominica XX. poſt Pentecoſten. Sanatur filius Reguli. Euangelium Ioann. 4. 488
Dominica XXI. poſt Pentecoſten. Rex cum ſeruis ſuis rationem ponit. Euang. Matth. 18. 491
Dominica XXII. poſt Pentecoſten. De cenſu Cæſari perſoluendo. Euan. Matth. 22. 494
Dominica XXIII. poſt Pentecoſten. Hæmorroiſſæ menſtrua ſiſtuntur, & filia principis à morte ſuſcitatur. Euang. Matth. 9. 497

Dom-

Dominica XXIV. poſt Pentecoſten. De extremo iudicij die. Euangeli. Matth. 24. 500

Septem pſalmi pœnitentiales. 504

Litania de nomine IESV. 519

Litaniæ vitæ & paſſionis Domini noſtri IESV Chriſti. 523

Litaniæ De B. Virgine in æde Loretana dici ſolita. 535

Finis Indicis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8-1

Digitized by Google

202